

Handle with
EXTREME CARE
This volume is damaged or brittle and *CANNOT* be repaired!

- photocopy ***only if necessary***
- return to staff
- ***do not*** put in bookdrop

Gerstein Science Information Centre

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

R
126
G2
1821
t.13

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ
ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOMVS XIII.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1827.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

36079

VOLVMEN XIII.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XIII.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1827.



ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Η.

Ed. Chart. XIII. [524.] Ed. Bas. II. (255.)

Κεφ. α'. Ἔθος ἐστὶ τοῖς νεωτέροις ὀνομάζειν ἀρτηριακὰς, μὴ προστιθεῖσι πότερον ἀντιδότους λέγουσιν ἢ κατὰ σημαινόμενον ἕτερον. ἔνιοι δὲ ἐκλεικτὰ προσαγορεύουσιν αὐτὰ μὴ προστιθέντες φάρμακα, καί τινες μὲν ὅλως οὐδένα διορισμὸν αὐτοῖς προσέγραψαν, ἔνιοι δὲ ὀλιγάκις προσέθηκαν, οἱ μὲν πρὸς ἀποκεκομμένην φωνὴν, οἱ δὲ γενικώτερον ἔτι πρὸς βεβλαμμένην φωνήν. εἰσὶ δὲ οἳ πρὸς τετραχυσμένην

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVNDVM LOCOS LIBER VII.

Cap. I. Mos est recentioribus medicis arteriacas appellare, non apponentibus num antidotos dicant, an juxta aliud significatum, quidam vero eclecta nominant ipsa, non apponentes medicamenta, et quidam penitus nullum discrimen ipsis ascripserunt, aliqui vero raro addiderunt, alii ad vocem interceptam, alii adhuc generalius ad vocem laesam, sunt qui et ad exasperatam arteriam et ad exulcera-

ἀρτηρίαν καὶ πρὸς ἡλκωμένην ἔγραψαν, ὥστε εὐλόγως οἱ χρώμενοι ταῖς ἀρτηριακαῖς, φαρμάκοις ὀνομαζομένοις ἀδιορίστως, ἐνίοτε μὲν ἐπιτυγχάνουσιν, ἐνίοτε δὲ οὐδὲν ὅλως ὠφελοῦσι τοὺς πάσχοντας, ἀλλὰ βλάπτουσι τὰ μέγιστα. πρόδηλον δ' ὅτι τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐπὶ τῶν τοιούτων παθῶν αἰτιῶνται. πάλαι μὲν οὖν, ὁπότ' οὐδὲ τὰς ὁμοίως τῇ καρδίᾳ σφύζούσας ἀρτηρίας οὕτως ὠνόμαζον, ἐπὶ μόνης τῆς ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀνισχούσης εἰς τὸν λάρυγγα τὸ τῆς ἀρτηρίας ἐπέφερον ὄνομα, φλέβας ὀνομάζοντες τοὐπίπαν, ὥσπερ τὰς ἄλλας ὅσαι μὴ σφύζουσιν, οὕτω καὶ τὰς σφυζούσας. ὕστερον δὲ τῆς προσηγορίας ἐθισθείσης ἐπὶ τῶν σφυζουσῶν λέγεσθαι, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν προσθέντες τὸ τῆς τραχείας ὄνομα τὴν εἰς τὸν πνεύμονα καθήκουσαν ἐκ τῆς λάρυγγος ἀρτηρίαν οὕτως ὠνόμασαν, ἅμα τῷ καὶ βρόγχον αὐτὴν καλεῖν, ἐπειδὴ τὰ χονδρώδη σώματα, τὸ πλεῖστον τῆς οὐσίας αὐτῆς μέρος ὄντα, βρογχία προσαγορεύουσιν. ὑπαλείφει δὲ τὴν ἀρτηρίαν αὐτὴν ἔνδοθεν παχὺς ὑμὴν, ὃν [525] διὰ τὸ πάχος ἔνιοι χιτῶνα προσαγορεύουσιν. ὅταν οὖν τι πάθος

tam fcripferunt, adeo ut rationabile fit eos, qui arteriacis appellatis medicamentis indefinite utuntur, aliquando feliciter eis uti, aliquando vero nihil penitus aegros juvare, fed maxime laedere. Palam eft autem quod afperam arteriam in hujusmodi affectionibus accufant. Quondam igitur, quando nondum eas, quae fimiliter ut cor pulfant arterias fic nominabant, in folam eam, quae ex pulmone in laryngem emergit arteriam, ipfum arteriae nomen inferebant venas appellantes in totum velut alias, quae non pulfant, fic etiam pulfantes. Poftea vero confuetudine obtinente arteriae appellationem in pulfantibus dici, propter aequivocationem afperae nomen apponentes eam quae ex larynge in pulmonem defcendit arteriam afperam arteriam appellaverunt una cum hoc, quod ipfam etiam bronchum vocant, quandoquidem cartilaginofa corpufcula, quae plurima ejus pars funt, bronchia appellant. Ambit autem ipfam arteriam intrinfecus craffa pellicula, quam ob craffitudinem aliqui tunicam vocant. Quum igitur affectio aliqua aut circa

Ed. Chart. XIII. [525.] Ed. Bas. II. (255.)

ἤτοι κατὰ τοῦτον ἢ κατὰ τοὺς ἐν τῷ λάρυγγι γένηται μῦς, ἀρτηριακὰς ὀνομάζουσι τὰς ἰωμένας αὐτὰ, μὴ προστιθέντες, ὡς ἔφην, ἀντιδότους. ἀνόμοιαι δὲ κατ᾽ εἴδη ταῖς δυνάμεσίν εἰσιν αἱ γεγραμμέναι πρὸς αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει τοὺς χωρὶς διορισμοῦ χρωμένους αὐταῖς ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ πολλάκις. ὅτι δὲ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορὰ τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς φαρμακίτισι βίβλοις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἔνεστί σοι μαθεῖν ἐκ τριῶν παραδειγμάτων, ὧν τὸ μὲν ἀδηκτότατόν ἐστι καὶ ἀκριβῶς ἐμπλαστικὸν ἐκλεαῖνον τὰς τραχύτητας, τὸ δ᾽ ἐναντίον τῷδε δριμύτητος δακνώδους οὐκ ὀλίγον ἔχον, ὡς ἐὰν ἀκριβῶς ὑγιαίνοντι μορίῳ προσαχθῇ, τραχύνειν αὐτό. μέσον δὲ ἀμφοῖν τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἄλλο γένος φαρμάκων ἀρτηριακῶν, ἀδήκτου ῥυπτικῆς δυνάμεως. τὸ μὲν οὖν ἐμπλαστικὸν ἔστι διὰ γλυκέος Κρητικοῦ καὶ κόμμεως καὶ τραγακάνθης καὶ γλυκυῤῥίζης κατασκευαζόμενον, τὸ δὲ δριμὺ διὰ πεπέρεως καὶ κασσίας καὶ κινναμώμου καὶ χαλβάνης καὶ ῥητίνης τερμινθίνης. τὸ μέσον δὲ ἀμφοῖν ἐκ πτισάνης χυλοῦ καὶ ἀμυγδάλων καὶ κυάμων ἔτνους, ὅσα τε

hanc aut circa laryngis, qui summa arteriae pars est, musculos contingit arteriacas appellant curantes ipsam, non apponentes, velut dixi, antidotos. Dissimiles autem facultatibus sunt ab ipsis descriptae et ob id contingit utentes ipsis absque discrimine a scopo aberrare. Quod vero multa sit differentia earum, quae in medicamentariis libris scriptae sunt, ex tribus exemplis discere licet, quorum primum omnis acrimoniae expers est et exquisite meatus obturat, laevigans asperitates, alterum huic contrarium est acrimoniae mordacis non parum habens, ut si sanae parti adhibeatur, ipsam exasperet, medium deinde inter ambo dicta aliud genus arteriacorum medicamentorum est, lenis et citra acrimoniam detergentis facultatis. Id igitur quod meatus obducit, ex passo Cretico et gummi et tragacantha ac radice dulci apparatur, acre vero ex pipere et cassia et cinnamomo et galbano ac resina terebinthina. Medium autem amborum ptisanae constat succo et amygdalis et fabis fresis

Ed. Chart. XIII. [525.] Ed. Baf. II. (255. 256.)

ἄλλα τοιαῦτα. μεταξὺ δὲ τοῦ μέσου καὶ τῶν ἄκρων ἑκατέρου πλείω φάρμακά ἐστι, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον ἀποκεχωρηκότα τοῦ μέσου. περὶ ὧν ἐφεξῆς διοριῶ, τοὺς μὲν προσθέντας τινὰ διορισμὸν ἐπαινῶν, τοὺς δὲ ἁπλῶς προσγράψαντας οὐκ ἀποδεχόμενος. ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν εἰσιν οἱ διορισμοὺς ἐλλιπεῖς ποιησάμενοι, ὁποῖός ἐστι καὶ τῶν γραψάντων, ἀρτηριακὴ ἡ πρὸς ἀποκεκομμένας φωνὰς, ἢ πάλιν, ἀρτηριακὴ ἡ πρὸς τοὺς βραγχωδῶς φθεγγομένους. τό τε γὰρ ἀποκεκόφθαι τὴν φωνὴν, ὅπερ ἐστὶ μὴ δύνασθαι φθέγγεσθαι, πλείοσιν αἰτίαις ἕπεται, τοῦτο μὲν τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς χρονίσασι κατάῤῥοις, τοῦτο δ' ἐμπύοις καὶ φθισικοῖς καὶ τοῖς ἐκ βοῆς μεγάλης καὶ πολλῆς παθοῦσιν, εἶτα μὴ καλῶς ἐκθεραπευθεῖσιν ἢ καὶ γεννωμένην ἔτι τὴν διάθεσιν ἔχουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ βραγχώδης ἡ φωνὴ (256) γίνεται διά τε τὰς αὐτὰς αἰτίας καὶ διὰ ψυχροῦ πνεύματος εἰσπνοήν. ἡ μὲν οὖν διάθεσις ὁμογενής ἐστιν ἀφωνίας τε καὶ βράγχους, μεγέθει δὲ ἀλλήλων διαφέρει τὰ πάθη ταῦτα, σφοδρότερον μὲν καὶ δυσλυτώτερον διαβρόχων ὑγρότητι γινομένων τῶν

elixis et aliis hujus generis. Inter medium autem et utrumque extremum plura medicamenta funt, partim magis partim minus a medio progreffa, de quibus deinceps determinabo, eos quidem, qui difcrimen aliquod addiderunt laudaturus, qui vero fimpliciter protulerunt neque admiffurus. In horum medio locandi funt, qui difcrimina non tamen integra fecerunt, qualia funt eorum qui fcripferunt. Arteriace ad interceptam vocem aut rurfus. Arteriace ad raucam vocem. Etenim vox intercepta, quod eft non poffe loqui, plures caufas fequitur, partim quidem deftillationes a capite diuturnas, partim vero empyicos ac tabidos: et eos qui ex magno et multo clamore laefi funt et deinde non probe curati funt, aut etiam affectum, qui adhuc generatur habent. Eodem modo etiam rauca vox fit ob easdem caufas et amplius ob frigidi aëris infpirationem. Affectus itaque interceptae ac raucae vocis ejusdem generis eft. Magnitudine tamen differunt inter fe haec mala. Quum enim vocis organa ab humiditate vehementius et ut aegre folvi

φωνητικῶν ὀργάνων ἡ ἀφωνία, μετριώτερον δὲ ὑγρανθέντων ὁ βράγχος. ὄργανα δὲ φωνητικὰ λέγοντός μου τήν τε ἀρτηρίαν ἀκούετε καὶ τὸν λάρυγγα καὶ τὴν φάρυγγα. τοῖς μὲν οὖν ἐκ τοῦ βοῆσαι σφοδρῶς ἐπὶ πλεῖον κακωθεῖσι τὴν φωνὴν ὅμοιόν τι συμβαίνει πάθημα τῷ γενομένῳ πολλάκις ταῖς χερσὶ καὶ σκέλεσι καὶ ψόαις καὶ ῥάχει καὶ μυσὶ καμοῦσι πλείονα. καλοῦσι δ' ἔνιοι τῶν γυμναστῶν τὴν τοιαύτην διάθεσιν τῶν μυῶν, ἐν οἷς συνίσταται, φλεγμονώδη κόπον. κατὰ μὲν οὖν ἀρτηρίαν ὁ ἔνδον αὐτῆς ὑμὴν ἢ χιτὼν ἢ ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλοι τις, ὑπὸ τοῦ κατὰ τὰς μεγάλας φωνὰς πνεύματος ἔξω φερομένου πληττόμενος, εἰς τὴν φλεγμονώδη διάθεσιν ἀφικνεῖται, πολλῷ δὲ μᾶλλον, ἐὰν πρὸς τῷ μεγέθει τῆς φωνῆς ὀξύτης τις ἔτι προσείη. κατὰ δὲ τὸν λάρυγγα πρὸς τῇ πληγῇ ταύτῃ καὶ ἡ τῶν κινούντων αὐτὸν μυῶν βλάβη τῆς ἐνεργείας μείζονα τὴν διάθεσιν ἐργάζεται. θεραπείας δὲ γένος αὐτῶν ἐπὶ παντὸς μορίου ταῖς ὕλαις διαλλάττον ἐστίν. ἐλαίῳ μὲν γὰρ ἀνατρίβειν σκέλη καὶ χεῖρας

poſſit, fuerint madefacta vox intercipitur, quando vero moderatius ſunt humecta, raucedo oboritur; organa vocis quum dico arteriam accipite et ejus ſummum aut fauces. Qui igitur ex vehementi clamore vocem amplius oblaeſam habent, his ſimilis quaedam affectio contingit ei, quae manibus et cruribus et lumbis et ſpinae et muſculis, ubi plurimum laborem pertulerint, accidit. Vocant autem aliqui exercitiorum magiſtri ejusmodi affectum muſculorum, in quibus conſiſtit, laſſitudinem inflammatam. Itaque juxta arteriam intrinſeca ipſius pellicula aut tunica aut quomodocunque quis nominare velit a ſpiritu in magnis vociferationibus extra prolato perculſa, in affectum inflammatum devenit, atque hoc multo magis ſi ad magnitudinem vocis acumen quoddam acceſſerit. Juxta arteriae vero ſummum ultra hanc plagam etiam muſculorum ipſum moventium actio offenſa majorem affectum efficit. Porro curationis ipſarum genus in omni parte ſecundum materias evariat. Etenim crura et manus et ſpinam per oleum confricare

καὶ ῥάχιν ἐγχωρεῖ ῥᾳδίως, διὰ τοῦ δέρματος εἰς τοὺς ὑποκειμένους αὐτῷ μῦς ἀφικνουμένης τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. κατὰ δὲ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν οἱ χόνδροι μετὰ τὸ δέρμα τεταγμένοι κωλύουσι τὴν εἰς τὸν ὑποκείμενον [526] ὑμένα δίοδον τῆς τῶν μαλαττόντων χρισμάτων δυνάμεως. ὥσπερ γὰρ ἔλαιον, οὕτω καὶ ἄλλα πολλὰ σύνθετα φάρμακα τὴν αὐτὴν ὠφέλειαν ἐργάζεται. καὶ τά γε κατ᾽ ἀρχὰς ἄκοπα λεχθέντα, μόνα ταῦτα κατὰ βραχὺ τὴν προσηγορίαν ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἐξέτειναν ἐπὶ τὰ παραπλήσια ταῖς συστάσεσιν, κἂν ἕνεκα τοῦ θερμῆναι σφοδρῶς παραλαμβάνωνται. κοινὴ δὲ ὕλη βοηθημάτων τοῖς φωνητικοῖς ὀργάνοις πρὸς τἄλλα ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν λουτρῶν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι τὴν διὰ τῶν γλυκέων ὑδάτων λέγω, τὰ γὰρ θαλάττια καὶ θειώδη καὶ στυπτηριώδη καὶ χαλκανθώδη καὶ ἀσφαλτώδη διὰ τὸ ξηραίνειν ἰσχυρῶς οὐκ ἐπιτήδεια. καὶ μέντοι καὶ ποιοῦσιν οὕτως οἱ φωνασκοῦντες, ὅταν ἀγωνιζόμενοι θραύσωσι τὴν φωνήν. εἰσὶ δ᾽ οὗτοι κιθαρῳδοί τε καὶ κήρυκες, οἵ τε τὴν τραγῳδίαν καὶ κωμῳδίαν ὑποκρινόμενοι. λουτροῖς τε γὰρ πολλοῖς χρῶνται καὶ

facile licet, quum per cutem in fubjectos ipfi mufculos vis ipfius olei penetrare poffit. Juxta afperam vero arteriam cartilagines poft cutem fitae prohibent in fubjectam pelliculam tranfitum facultatis emollientium unguentorum. Quemadmodum enim oleum, fic etiam alia multa compofita medicamenta eandem utilitatem praebent. Quin et ea quae in principio acopa tantum appellata funt, paulatim appellationem fuam a fe ipfis extenderunt ad fimilia compage medicamenta, etiam fi gratia vehementer calefaciendi affumantur. Caeterum communis materia auxiliorum ad vocis organa praeter reliqua eft quae ex balneis contingit, manifeftum eft autem quod dulcium aquarum dico. Marina enim balnea et fulphurea et aluminofa et atramentum futorium olentia ac bituminofa, propterea quod fortiter reficcant, inepta funt. Et fane ita faciunt qui vocem exercent cantores, quum contendendo oblaeferint vocem, funt autem hi citharoedi et praecones et tragoediam ac comoediam perfonati repraefentantes, balneis enim multis utuntur et ci-

τροφὰς ἀδήκτους τε καὶ χαλαστικὰς ἐσθίουσιν. εἰ δὲ καὶ τραχύτητος αἰσθάνοιντο, τὰς ἐμπλαττομένας τοῖς ὁμιλοῦσι μορίοις παραλαμβάνουσιν. εἷς γάρ ἐστιν ἑαυτῷ χιτὼν συνεχὴς, ὅ τε ἐν τῇ φάρυγγι καὶ τῷ λάρυγγι καὶ στομάχῳ καὶ ἀρτηρίᾳ τῇ τραχείᾳ κατὰ τὰ ἔνδον ἐπιτεταμένος. ἐὰν δὲ μὴ καθίστηται τῇ τε διαίτῃ καὶ τοῖς λουτροῖς ἡ γενομένη διάθεσις ἐν τοῖς φωνητικοῖς ὀργάνοις, ἐπὶ τὰς ἀρτηριακὰς παραγίνονται, τροφαῖς χρώμενοι παρ᾽ ὅλον τοῦτον τὸν χρόνον, ὅσαι διὰ γάλακτος, ἀμύλου τε καὶ χόνδρου καὶ ᾠῶν καὶ ἰτρίων σύγκεινται. εἰ δὲ μὴ διὰ τούτων ἐκθεραπευθείη, ἐξεύρηνται τοῖς ἰατροῖς αἱ πρὸς αὐτῶν ὑπογλωττίδες ὀνομαζόμεναι. εἰσὶ δὲ αὗται φάρμακα τῆς αὐτῆς ταῖς ἀφλεγμάντοις ἀρτηριακαῖς δυνάμεως, δι᾽ οἴνου θηραίου καὶ κόμμεως καὶ τραγακάνθης καὶ γλυκυῤῥίζης συγκείμεναι, ἅπερ, ὡς ἔφην, ἐκλεαίνει τε ἅμα καὶ ἀναστέλλει τὰς τραχύτητας. ὅσον δ᾽ ἂν ἐν τοῖς μέρεσιν ὑπολείπηται φλεγμονῶδες, πέττει τε τοῦτο καὶ ταχέως ἐκθεραπεύει. φιλόπονον δ᾽ εἶναι χρὴ τὸν ὑποτιθέντα τῇ γλώττῃ τὸ φάρμακον, ὡς κατὰ βραχὺ τηκομένου

bos lenes ac laxantes edunt. Si vero etiam afpritudinem percipiant, cibos qui infarciuntur partibus quas contingunt affumunt. Una enim eft tunica fibi ipfi cohaerens et continua, quae fummo gulae fummo afperae arteriae, gulae etiam atque ipfi afperae arteriae intrinfecus praetenditur. Quod fi ex victu ac balneis oborta affectio non fedetur in organis vocis, ad arteriacas tranfeunt per totum hoc tempus cibis utentes, qui ex lacte, amylo, alica, ovis et dulciariis libis componuntur. Si vero per haec non curentur, inventa funt a medicis medicamenta fublinguia appellata. Sunt autem ea ejusdem cum arteriacis inflammationem arcentibus facultatis, ex vino Theraeo et gummi ac tragacantha et glycyrrhiza compofita, quae, ut dixi, laevigant fimulque remittunt afperitates, quicquid vero reliqui eft in partibus inflammationis, hoc concoquunt et cito perfanant. Induftrium porro effe oportet qui medicamentum linguae fubdit, quo eo paulatim liquefcente fummum afperae ar-

δέχεσθαι τῷ λάρυγγι τὸ καταῤῥέον εἰς αὐτὸ, ἀνθιστάμενον τῇ γινομένῃ βηχί. καρτερήσαντες γὰρ ὡς μὴ βῆξαι συγχωρήσουσιν εἰς τὸν λάρυγγα καὶ τὴν ἀρτηρίαν καταῤῥυῆναί τι τοῦ φαρμάκου. λαμπρὸν μέντοι σχεῖν τὸ φώνημα τοῖς οὕτω θεραπευθεῖσιν ἀδύνατον ἄνευ τοῦ πάλιν χρήσασθαι φαρμάκοις ἀδήκτως ῥύπτουσιν, ὁποῖόν ἐστι τό τε κυάμινον ἔτνος καὶ ἡ πτισάνη καὶ τὸ πεφωγμένον λινόσπερμα. ἐν τῷ μεταξὺ γάρ ἐστι τὰ τοιαῦτα τῶν τε μέσων κατὰ τὴν δύναμιν φαρμάκων καὶ τῶν ἐμπλαστικῶν. τούτων δὲ ῥυπτικώτερα ῥητίνη τερμινθίνη καὶ λιβανωτὸς, τό τε ἀπηφρισμένον μέλι, καὶ τὰ πικρὰ τῶν ἀμυγδάλων, ὥσπερ γε πάλιν ἰσχυρότερον τούτων ἐστὶ τό τε τῶν ὀρόβων ἄλευρον ὁρμίνου τε σπέρμα καὶ ἴρεως ῥίζα καὶ πάνακος. ἅπασι δὲ τούτοις οἵ τε μαλακοὶ οἶνοι καὶ γλυκεῖς ὁ Κρητικὸς, Θηραῖος καὶ Σκυβελίτης ἐπιτήδειοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἠμελημένον τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἑλλήνων ἕψημα. προσαγορεύουσι δὲ αὐτὸ σίραιον οἱ Ἀττικίζοντες καὶ λέγουσιν, ὥσπερ ἕτεροι τὸ τῶν ἰσχάδων

teriae id, quod in ipsum defluit, suscipiat renitendo oborienti tussi. Obluctantes enim ut ne tussiant permittent quippiam ex medicamento in arteriae summum, ipsamque adeo arteriam dimanare. At vero sic curatos claram vocem habere impossibile est, citra usum medicamentorum absque acrimonia extergentium, quale est faba fresa elixa et ptisana et semen lini torrefactum, hujusmodi enim medium obtinent inter ea quae media facultate praedita sunt et ea quae meatus obducunt medicamenta. Magis autem quam haec abstergunt resina terebinthina, thus, mel despumatum ac amygdalae amarae. Quemadmodum etiam et his rursus fortiora sunt, oroborum farina, hormini semen, iridis panacisque semen. Caeterum his omnibus vina mollia, dulcia, Creticum et Theraeum ac Scybelites apta sunt, et ad haec haud scio, quomodo neglectum id, quod a Graecis in nostra Asia hepsema appellatur sapa. Verum Atticissantes ipsum siraeum vocant, sicut alii caricarum decoctum siraeum ap-

ἀφέψημα καὶ μάχη αὐτοῖς τέ ἐστιν, ὁπότερον αὐτῶν χρὴ καλεῖν τὸ σίραιον. ἔστι δὲ δήπου καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ σίραιον, ὃ τῶν λιπαρῶν ἰσχάδων ἑψομένων ἐν ὕδατι γίνεται τῆς μέσης δυνάμεως, ἣν ῥυπτικὴν καὶ ἄδηκτον ὠνομάσαμεν. τὸ μὲν οὖν ἑψόμενον γλεῦκος ἐμπλαστικώτατόν ἐστι καὶ ἀδηκτότατον, τὸ δὲ τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα διαφορητικώτερον καὶ ῥυπτικώτερον. ὡς οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἶπον, ἁπάντων χρὴ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι τὰς δυνάμεις τὸν μέλλοντα [527] σύνθετόν τι ποιήσειν. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος καὶ τοῖς ὑφ᾽ ἑτέρων συντεθεῖσιν ὀρθῶς χρήσεται καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἀδιορίστως ᾖ γεγραμμένα, καθάπερ καὶ αἱ πλεῖσται τῶν ἀρτηριακῶν. εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ ταῖς μετὰ διορισμῶν γεγραμμέναις αὐτὸς οὗτος ἄμεινον χρήσεται. κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον εἰς ὅσον ἡ τῶν παθῶν κατασκευὴ μεταπίπτει, καὶ τὸ χρήσιμον ταύτῃ φάρμακον ὑπαλλάττεσθαι χρή· τοῦτο δ᾽ ὀρθῶς μόνος ὁ τὴν δύναμιν εἰδὼς ἑκάστου τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἀκριβῶς ἐπιστήσεται, προστιθεὶς τῷ πρώτῳ φαρμάκῳ βραχύ τι τῆς ἐχομένης τά-

pellandum cenfent, pugnantque inter fe, utrum ipforum firaeum vocare oporteat. Eft fane et hoc ipfum firaeum, quod pinguibus caricis in aqua decoctis fit, mediae facultatis, quam lenem et citra acrimoniam detergentem appellavimus. Muftum quidem igitur coctum leniffimum medicamentum eft et maxime meatus oblinens, caricarum autem decoctum magis difcutit et exterget. Quemadmodum igitur in praecedentibus dixi, omnium fimplicium medicamentorum vires exquifite noffe oportet eum, qui compofitum quoddam fit facturus, atque hic ipfe etiam ab aliis compofitis recte utetur, et maxime ubi indefinite fuerint confcripta, quemadmodum plures arteriacae habentur. Palam eft etiam, quod hic ipfe iis, quae cum difcrimine prodita funt, rectius utetur. Etenim juxta exactam rationem, in quantum apparatus affectionum transmutatur, tantum etiam commodum ipfi medicamentum permutare oportet, hoc ipfum vero folus is, qui fingulorum fimplicium medicamentorum vim novit, exacte praeftabit ad primum medicamentum parum

ξεως, οἷον ἐπὶ τῶν φλεγμονωδῶν κόπων, ὅταν ἐν τοῖς τοῦ λάρυγγος γένωνται μυσὶν, ἐν ἀρχῇ μὲν ἁρμόττει τὰ πραότατα ἐδέσματα, φάρμακα δὲ ἐμπλαστικά. καταστάσης δὲ τῆς φλεγμονῆς βραχύ τι τῶν ῥυπτικῶν προσθετέον, εἶτ' ἐφεξῆς πλέον, εἶτ' ἄλλο πάλιν ἐκείνου γενναιότερον, ὡς κατὰ βραχὺ τὴν σύνθεσιν ἐπὶ τὸ μέσον ῥυπτικὸν ἀφικέσθαι καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν αὖθις τρόπον τὸ τούτου τὸ διαφορητικώτερόν τε καὶ ῥυπτικώτερον, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸ σφοδρότατον, ὅταν ἐπιπλεῖον οἷον σκιῤῥώδης τις διάθεσις ἐν τοῖς φωνητικοῖς ὀργάνοις παραμένῃ. τῆς μὲν οὖν πρώτης τάξεώς ἐστι τραγάκανθα καὶ κόμμι καὶ Σάμιος ἀστὴρ, ἄμυλός τε καὶ τὸ διὰ χόνδρου καὶ τράγου καλῶς ἑψηθέντων ῥόφημα. καὶ γάλα δὲ ἐπιτήδειον αὐτοῖς ἐστι καὶ ἴτριον καὶ ᾠὰ ῥοφούμενα καὶ οὓς νῦν ἅπαντες Ἕλληνες ὀνομάζουσι στροβίλους, τὸ πάλαι δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐκαλοῦντο κῶνοι. καὶ τὰ σήσαμα δὲ ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστίν. ἐφεξῆς δὲ τούτων ὑπάρχει τὸ καλούμενον βούτυρον· εἰ δέ σοι φίλον ἀρσενικῶς ὀνο-

quiddam ex fequenti ordine apponendo. Velut exempli gratia, in laffitudinibus inflammatis quum in fummis ipfius afperae arteriae mufculis fiunt, in principio quidem lenisfima edulia conveniunt, medicamenta vero meatus obducentia, confiftente autem inflammatione parum quid detergentium addendum eft, deinde confequenter amplius, deinde rurfus aliud illo praeftantius, quo paulatim compofitio ad medium exterforium perveniat et rurfus fecundum eundem modum hoc magis difcufforium ac exterforium, ita progreffu ad vehementiffimum facto, ubi diutius velut in fcirrhum induratus affectus in vocis organis perftiterit. Primi itaque ordinis eft tragacantha et gummi et Samius after, amylumque et ex alica ac trago probe coctis forbitio. Quin et lac aptum eft et dulciarii panes et ova forbilia ac nuces pineae, quas nunc omnes Graeci ftrobilos vocant, quondam autem apud Atticos coni vocabantur. Sefama etiam ex hoc genere funt. Ab his autem deinceps eft butyrum, quod etiam butyros mafculino genere appellatur,

Ed. Chart. XIII. [527.] Ed. Baf. II. (256. 257.)

μάζειν βούτυρος· ἀφέψημά τε γλυκείας ῥίζης εἰς πάχος ἠγμένον Ἀττικοῦ μέλιτος ὑγροῦ. τὴν μέντοι γλυκεῖαν ῥίζαν, ἣν γλυκύῤῥιζαν ὀνομάζουσιν, ἄμεινον ἐν τῷ πρώτῳ καιρῷ καθεψήσαντας, ὡς ἔφην, ἐν ὕδατι μῖξαι τὸ ἀφέψημα τῷ ἐκ τοῦ γλεύκους γεγονότι σιραίῳ, καλου(257)μένῳ δ' ὑφ' ἡμῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡμετέραν ἑψήματι. μιγνύναι δὲ τοῦτο καὶ γλυκεῖ Κρητικῷ, καὶ πάλιν δὲ ἕψειν μετὰ τὴν μῖξιν, ἐάν τε ἑψήματι τύχῃ μιχθὲν, ἐάν τε τῷ Κρητικῷ γλυκεῖ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς φλεγμονώδεσι διαθέσεσιν κατά τε τὴν ἀρτηρίαν τε καὶ τὸν λάρυγγα χρήσιμα κατ' ἀρχάς ἐστιν, ἄχρις ἂν ἡ φλεγμονὴ μετρία γένηται. καὶ πρὸ πάντων οἴνου πόσεως ἀπεχέσθω κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. ὅταν δὲ μετριώτερα γένηται τὰ τῆς φλεγμονῆς, τὸν γλυκὺν Θηραῖον ἢ τὸν Σκυβελίτην ἔξεστι πίνειν ἢ τὸν ἐξ ἡμετέρας Ἀσίας, μάλιστα μὲν Καρύϊνον, ἐφεξῆς δὲ τὸν Θηραῖον ὀνομαζόμενον, εἶτα καὶ τὸν γλυκὺν Τμωλίτην, ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τὸ βούτυρον ἐπιτήδειόν ἐστι. καὶ τὸ διὰ τῶν ἀμυγδάλων ῥόφημα καὶ τὸ διὰ γάλακτος καὶ μέλιτος ἑψηθέντων ἐπιπλέον ἐπεμβληθέντος ἀμύλου. κἂν ἄμυλον δὲ μὴ παρείη, τῆς ὀνομαζομένης παρὰ

et decoctum radicis dulcis ad craffitudinem Attici mellis liquidi redactum. Atqui radicem dulcem, quam glycyrrhizam vocant, praeftat in primo tempore in aqua, velut dixi, coctam ad fapam ex mufto paratam admifcere, ad paffum item Creticum idem decoctum mifceri poteft. Sive autem cum fapa five cum paffo Cretico fuerit permixtum, rurfus poft mixturam decoquendum eft. Haec igitur in affectionibus inflammatis juxta arteriam ejusque fummum commoda in principio funt, donec inflammatio moderata fiat, et prae omnibus a vini potu hoc tempore abftinendum. Quum vero moderatior facta eft inflammatio, vinum dulce Theraeum aut Scybelite bibere licet aut ex noftra Afia Caryinum et deinde Theraeum appellatum, deinde etiam dulce Tmolite. Eo tempore etiam butyrum aptum eft et forbitio ex amygdalis, forbitio item ex lacte et melle diutius coctis, amylo injecto, et fi amylum non adfit, filigine Roma-

Ῥωμαίοις σιλίγνεως ἐμβαλλομένης. εὔδηλον δ' ὅτι κατὰ τὴν αὐτὴν δίαιταν ἡ μὲν φλεγμονὴ παύεται τῶν κατὰ τὸν λάρυγγα καὶ τὴν ἀρτηρίαν ὑμένων τε καὶ μυῶν, ὑγρότης δὲ καταλείπεται πολλὴ, ἥτις ἀδύνατός ἐστι λαμπρὰν ἀποφῆναι τὴν φωνήν. μετέρχεσθαι δὲ τηνικαῦτα προσήκει τῶν ἐδεσμάτων ἐπὶ τὰ διὰ μέλιτος ἑψημένα πάντα, καὶ μέντοι καὶ κύαμινον ἔτνος καὶ πτισάνην καὶ κράμβην καὶ τὰ καλῶς ἑψημένα πράσα. φαρμάκων δὲ χρῆσις ἐπιτήδειός ἐστι καθ' ὃν μὲν χρόνον ἤτοι τὰ τῆς φλεγμονῆς ἢ τῆς τραχύτητος ἐπικρατεῖ, τὰ ὑπὸ τὴν γλῶτταν λαμβανόμενα, περὶ ὧν τῆς συνθέσεως ἐρῶ. μετὰ δὲ ταῦτα ῥυπτικώτερα τούτων καὶ ξηραντικώτερα, κἄπειτα τούτων αὖθις αὐτῶν ῥυπτικώτερά τε [528] καὶ ξηραντικώτερα, μέχρις ἂν ἐπὶ τὰ δριμύτητος ἔχοντά τι παραγενώμεθα καὶ τούτων αὐτῶν ἀπὸ τῶν μετριωτέρων ἀρξάμενοι, πρὸς τὰ σφοδρότερα κατὰ βραχὺ μεταβαίνωμεν. τὰ μὲν οὖν ἐκ τῆς διαίτης ὁποῖον ἂν ἕξει τὸν τύπον ἔμπροσθεν εἴρηται, καθάπερ γε καὶ ἡ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἰδέα· τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν σύνθετα φάρμακα πολυειδῶς ἔγραψαν ἄλλοι

nis appellata injecta. Manifeftum eft autem quod per hujusmodi victum inflammatio tum pelliculaurm tum mufculorum circa arteriam ejusque fummum fedatur. Relinquitur autem humiditas multa, ob quam impoffibile eft claram vocem proferri. Quare tranfire tunc convenit ab his eduliis ad omnia ex melle cocta et ad fabam frefam elixatam et ptifanam ac braflicam et porrum probe coctum. Medicamentorum porro ufus idoneus eft, quo tempore aut inflammatio aut afpritudo praevalefcunt eorum, quae fub lingua detinentur, de quorum compofitione dicam; poft haec magis exterforia et reficcantia damus, et deinde rurfus his adhuc magis exterforia et magis reficcantia, usquequo ad ea, quae aliquid acredinis habent, perveniamus, ita ut etiam in his a moderatioribus initio facto ad vehementiora paulatim tranfeamus. Itaque qualem formam effe conveniat victus antea dictum eft, quemadmodum etiam fimplicium medicamentorum fpecies eft relata. Caeterum compofita ex ipfis medicamenta multiformiter alii juxta aliam commen-

Ed. Chart. XIII. [528.] Ed. Baf. II. (257.)

κατ᾽ ἄλλας συμμετρίας. καὶ οἷς μὲν ἤρκεσεν ἐκ τριῶν ἢ τεττάρων ἁπλῶς συντεθὲν φάρμακον, ἔνιοι δὲ εἰς ἀριθμὸν ἐξέτειναν πλείονα, καὶ τινὲς μὲν, ὡς εἴρηται, τῆς μαλακωτάτης τε καὶ παρηγορικωτάτης ὕλης ἐποιήσαντο τὴν σύνθεσιν τῶν ἀρτηριακῶν δυνάμεων, ἔνιοι δὲ ἔμπαλιν τούτοις δριμείας καὶ θερμῆς καὶ ῥυπτικῆς καὶ ξηραινούσης ἱκανῶς, εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ τρίτον εἶδος, ὃ μέσον ἀμφοῖν ἐστι· καὶ μετὰ τούτους ἄλλοι μὲν ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ μέσου τε καὶ μαλακωτάτου, ἄλλοι δὲ ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τε δριμυτάτου καὶ τοῦ μέσου· καὶ κατὰ ταὐτὰ πάλιν αὐτὰ τινὲς μὲν μᾶλλον, τινὲς δὲ ἧττον ἀποχωρήσαντες τῶν μέσων τῇ δυνάμει φαρμάκων, διαφόρους ἐποιήσαντο τὰς συνθέσεις. τούτοις ἅπασιν ὀρθῶς χρήσεται μόνος ὁ τὴν δύναμιν ἑκάστου τῶν ἁπλῶν ἐπιστάμενος, αὐτὸς γὰρ γνώσεται καὶ τὴν τάξιν τοῦ φαρμάκου κατὰ ποίαν ἀπόστασίν ἐστι τῶν μέσων. ἔγραψαν μὲν οὖν καὶ οἱ πρὸ Μαντίου τε καὶ Ἡρακλείδου φάρμακα τοιαῦτα καὶ οἱ μετὰ αὐτούς. πολὺ δὲ βελτίω τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσιν ἢ αὐτοῖς συντιθεῖσιν ἢ παρ᾽ ἑτέρων λαβοῦσι γέγραπται διὰ τῶν συγ-

furationem confcripferunt. Et quibusdam fane ex tribus aut quatuor fimplicibus compofitum medicamentum fuffecit, quidam vero in majorem numerum extenderunt. Et quidam, velut dictum eft, ex molliffima et leniffima materia arteriacas confectiones compofuerunt, alii vice verfa ex acri calida, extergente ac multum reficcante, funt et qui tertium genus medium inter ambo ifta fecerunt. Poft hos vero alii medii generis inter medium et molliffimum, alii medii generis inter medium et acerrimum, et juxta eandem rurfus rationem, quidam magis quidam minus a mediis facultate medicamentis digreffi, diverfas compofitiones fecerunt. Quibus omnibus folus is recte utetur, qui fingulorum fimplicium medicamentorum vires novit, ipfe enim fciet et ordinem medicamenti et quanta diftantia fit a mediis digreffum. Porro ejusmodi medicamenta fcripferunt etiam qui ante Mantian et Heraclidem et qui poft hos vixerunt, verum multo praeftantiora a praedictis viris tradita funt per

γραμμάτων ἃ κατέλιπον ἡμῖν, αὔξοντες τὸ φαρμακευτικὸν μέρος τῆς τέχνης. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ καὶ ταῦτα καὶ τὰ πρόσθεν ἀκριβῆ καὶ μακρὰν πεῖραν παρασχόντα τοῖς ἀνδράσιν ἐξείλεκται καὶ ἤθροισται, περὶ ὧν πολλάκις ἐν τῇδε τῇ πραγματείᾳ τὸν λόγον ἐποιησάμην. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην καὶ Μοῦσαν καὶ Ἀνδρόμαχον καὶ Ἡρᾶν καὶ Κρίτωνα καὶ Μενεκράτην. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα φάρμακα καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀρχιγένη καὶ Φίλιππον ἔγραψαν, ὡς μηδενὸς ἡμᾶς ἔτι δεῖσθαι τῶν ἀνωτέρω, τούτοις γὰρ, ὡς εἶπον, ὅσα τοῖς πρεσβυτέροις εὕρηται, κάλλιστα γέγραπται πάντα.

Κεφ. β'. [Περὶ τῶν ὑπ' Ἀνδρομάχου γεγραμμένων ἀρτηριακῶν.] Πλείστας ἀρτηριακὰς δυνάμεις ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος, ὡς ἔχειν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστάτων ἐπὶ τὰ σφοδρότατα διὰ τῶν ἐν μέσῳ κατὰ βραχὺ προϊέναι τὸν γνωρίζειν αὐτῶν τὴν διαφορὰν δυνάμενον. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀνδρόμαχος ἀδιοριστότερον ἔγραψεν αὐτὰς, ἀλλ' ἐγὼ προσθήσω τοὺς διορισμοὺς, ἀναμιμνήσκων ὧν ἄρτι προεῖπον. ὅτι δὲ τὸν μέλλοντα τοῖς λεγομένοις ἀκολουθήσειν ἄξιον προγεγυμνάσθαι κατὰ

libros, quos nobis reliquerunt et in quibus medicamentariam artis partem auxerunt, partim ipſi componentes, partim ab aliis compoſita tranſcribentes. Progreſſu vero temporis tum haec tum etiam priora exacta et longa experientia cognita, a viris electa et coacervata ſunt, quorum jam ſaepe in hoc opere mentionem fecimus; ſunt autem hi Aſclepiades, Muſa, Andromachus, Heras, Crito et Menecrates, quin et multa alia medicamenta Archigenes et Philippus ſcripſerunt, ut nullo amplius ex veteribus opus habeamus, hi enim omnia ab antiquioribus inventa optime, velut dixi, tradiderunt.

Cap. II. [*De arteriacis ab Andromacho deſcriptis.*] Plurimas arteriacas confectiones ſcripſit Andromachus, ut promptum ſit a debiliſſimis ad fortiſſima paulatim per media tranſitu facto progredi, ſiquis ipſorum differentiam novit, ipſe enim Andromachus magis indefinite ipſas prodidit. Verum ego diſcrimina apponam, in memoriam revocatis iis, quae paulo ante dixi. Quod enim circa ſimplicium medi-

Ed. Chart. XIII. [528. 529.] Ed. Baf. II. (257.)

τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείαν εἴρηταί μοι πολλάκις. ἄνευ γὰρ τοῦ γινώσκειν ἑκάστου τῶν ἁπλῶν τὴν δύναμιν ἀκριβῶς καὶ διωρισμένως, οὐχ οἷόν τε γνῶναι τὸ σύνθετον, ἐκ ποίας ἐστὶ τάξεως τῶν ὁμογενῶν, πότερον ἐκ τῆς μαλακωτάτης ἢ τῆς σφοδροτάτης ἢ τῆς μέσης ἤ τινος τῶν μεταξὺ ταύτης ἢ καὶ τῶν ἄλλων.

Πρώτην μὲν οὖν ἔγραψε δύναμιν ἀρτηριακὴν οὐ μετὰ πολὺ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου, καθ' ἣν τῶν ἐντὸς τοῦ σώματος γινομένων παθῶν ποιεῖται τὴν θεραπείαν, ὡδί πως αὐτοῖς ὀνόμασιν. ἀρτηριακὴ ᾗ χρῶμαι. ℞ λιβάνου ∠ α'. ἐν ἄλλῳ δ'. σμύρνης ∠ α'. ἐν ἄλλῳ δ'. κρόκου ∠ α'. ἐν ἄλλῳ δ'. σκίλλης ∠ β'. γλυκέος Κρητικοῦ ξε γ'. ἡ σκίλλα ἐνέψεται τῷ γλυκεῖ, ἕως συστραφῇ, εἶτα ἡ μὲν σκίλλα ῥίπτεται, ἐπιπάσσεται δὲ τὰ λοιπά. τοῦτο τὸ φάρμακον εἰ μὴ τὴν σκίλλαν εἶχεν, ἦν ἂν τῶν ἀκριβῶς μαλακωτάτων, [529] εἰς τρεῖς ξέστας τοῦ Κρητικοῦ γλυκέος, ἐλαχίστου λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ κρόκου βαλλομένων, ὡς ὀλίγου δεῖν ὅλον ὑπάρχειν αὐτὸ γλυκὺ Κρητικόν. εὔδηλον δ' ὅτι τὸ καλούμενον

camentorum tractatum praeexercitatum effe oporteat eum, qui dicenda affequi velit, faepe a me dictum eft; citra enim fingulorum fimplicium exactam ac certam cognitionem impoffibile eft cognofcere, ex quo ordine ejusdem generis medicamentorum compofitum fit, num ex molliffimo an vehementiffimo aut medio aut alio aliquo inter hunc et alios intermedio.

Primam itaque arteriacam confectionem non longe a principio libri, in quo affectionum corporis internarum curationem tradit, hoc modo in haec verba fcripfit. *Arteria qua utor.* ℞ Thuris ℨ j, alii iv, myrrhae drach. j, alii iv, croci drach. j, alii iv, fcillae drach. ij, paffi Cretici fextarios tres, fcilla in paffo coquitur, donec paffum fpiffetur, deinde fcilla abjecta reliqua infperguntur. Hoc medicamentum fi fcillam non reciperet, inter exacte molliffima numerandum effet, utpote in tres paffi Cretici fextarios, pauciffimo thure ac myrrha et croco conjectis, ut parum ablit, quo minus totum paffum Creticum exiftat. Manifeftum eft

ὑπ᾽ αὐτῶν ἐκλεικτὸν φάρμακον γίνεται. καλοῦσι δ᾽ αὐτὰ καὶ Ἀττικῶς ἐκλεικτὰς δυνάμεις.

Ἐφεξῆς δὲ τῇ προγεγραμμένῃ δυνάμει δευτέραν ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος οὕτως. ἀρτηριακὴ ἡ διὰ κωδυῶν. κωδύαι χλωραὶ χίλιαι διακόσιαι, μέλιτος Ἀττικοῦ /X´ δ΄. κρόκου Κιλικίου δραχμαὶ δ΄. οἱ δὲ < ι΄. ὑποκυστίδος χυλοῦ δραχμαὶ ι΄. ἀκακίας δραχμαὶ ι΄. ὕδωρ ὄμβριον εἰς τὰς κωδύας. ὕδωρ μὲν οὖν ὄμβριον βάλλεται, ὅπως ἀσηπτότερον εἴη τὸ φάρμακον. ἔχει δὲ δηλονότι στυπτικόν ἐν αὑτῷ τι τὸ ὕδωρ τοῦτο. σκοπὸς δέ ἐστιν ἐν τῷ προκειμένῳ φαρμάκῳ πέψαι τὴν κατὰ τὴν ἀρτηρίαν διάθεσιν, ἥτις ἂν ᾖ δι᾽ ὕπνου καὶ τῶν πεπτικῶν ἅμα στύψει μὴ πολλῇ. τὸ μὲν οὖν ἁπλοῦν φάρμακον διὰ τῶν κωδυῶν, ὡς ἐγὼ ποιεῖν εἴωθα, κωδύας ἔχει μόνας ἐνιεμένας ὕδατι, κἄπειδὰν τακηραὶ γένωνται, αὐτὰς μὲν ἐκβάλλομεν, τὸ δὲ ὕδωρ αὐτῶν μίγνυμεν Ἀττικῷ μέλιτι μόνῳ, κἄπειτα μέχρι συστάσεως ἐκλεικτοῦ φαρμάκου τῆς ἑψήσεως γινομένης. τὸ δὲ πόσον ὕδατος πόσῳ

autem, quod medicamentum eclegma dictum efficitur, vocant autem hujusmodi Attice eclectas confectiones.

Confequenter ad praefcriptam alteram addidit Andromachus hoc modo. *Arteriaca ex capitibus papaveris.* ℞ Capita papaveris viridia mille et ducenta, mellis Attici ℔ iv, croci Cilicii ʒ iv, alii x, fucci hypocyftidis ʒ x, aquam pluviam ad capita papaveris. Aqua quidem pluvia additur, quo minus putredini obnoxium fit medicamentum, habet autem et aftringens quippiam in fe haec aqua. Scopus eft praedicto medicamento concoquere affectionem circa arteriam, quaecunque ea fit, per fomnum et concoctoria cum aftringendi vi non adeo multa. Caeterum fimplex medicamentum ex papaveris capitibus, ut ego facere confuevi, fola capita habet in aquam conjecta, atque ubi flaccida reddita fuerint, ipfa quidem projicimus, aquam vero ipforum ad folum mel Atticum admifcemus, usque ad compagem eclegmatis medicamenti facta coctione, quomodo fane ego apparare confuevi. Quantam autem copiam aquae itemque mel-

Ed. Chart. XIII. [529.] Ed. Baf. II. (257. 258.)

μέλιτι χρὴ μιγνύειν ἐν ταῖς τῶν τοιούτων φαρμάκων σκευασίαις, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρῶ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔνθα προγραφὴν ποιήσομαι τοιαύτην, ἡ διὰ τῶν κωδυῶν.

Τρίτην δύναμιν ἔγραψεν ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις ὁ Ἀνδρόμαχος τήνδε. ἀρτηριακὴ ἡ Βλάστου, ᾗ χρῶμαι πρὸς φθισικευομένους καλὴ λίαν. ℞ νάρδου Κελτικῆς ∠ δʹ. ἀμώμου δραχμὰς ηʹ. κινναμώμου ∠ ιʹ. μαλαβάθρου δραχμὰς δʹ. νάρδου Ἰνδικῆς δραχμὰς γʹ. σχοίνου ἄνθους ∠ βʹ. κασσίας ∠ ηʹ. λιβάνου δραχμὰς γʹ. σμύρνης ∠ αʹ. κόστου δραχμὰς δʹ. μάγματος μαλαβάθρου ∠ στʹ. γλυκυῤῥίζης χυλοῦ δραχμὰς γʹ. μανδραγόρου χυλοῦ δραχμὰς εʹ. μαστίχης Χίας ∠ γʹ. κρόκου δραχμὰς στʹ. φοίνικας ἐν οἰ(258)νομέλιτι ἑψήσας ἢ προτρόπῳ, εἶτα εἰς τὸ ἀφέψημα βάλε στροβίλους κʹ. καὶ λέαινε, εἶτα τοῦ φαρμάκου, ὡς καρύου Ποντικοῦ, ἢ μικρῷ ἔλασσον, ἐπί τινας ἡμέρας τούτῳ χρῶ, εἶτα ἀκεραίῳ τῷ φαρμάκῳ. εἶτα ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας χρήσῃ τῇ δι᾽ ἀλόης ἱερᾷ, κοχλιαρίου τὸ πλῆθος σὺν ὕδατι ἐπὶ μίαν ἡμέραν. χρῶ δὲ τῷ φαρμάκῳ καὶ σὺν γάλακτι ἐπὶ τῶν τὴν ἀρτηρίαν πασχόν-

lis miſcere oporteat in hujusmodi medicamentorum praeparatione, in ſequentibus dicam eo loco, quo talia verba ſcripturus ſum; confectio ex capitibus papaveris.

Tertiam deinceps confectionem arteriacam Andromachus hanc prodidit. *Arteriaca Blaſti quatuor ad tabeſcentes valde bona.* ℞ Nardi Celticae ʒ iv, amomi ʒ viij, cinnamomi ʒ x, malabathri ʒ iv, nardi Indicae ʒ iij, ſchoenanthi ʒ ij, caſſiae ʒ viij, thuris ʒ iij, myrrhae ʒ j, coſti ʒ iv, faecis unguenti malabathrini ʒ vj, ſucci glycyrrhizae ʒ iij, ſucci mandragorae ʒ v, maſtiches Chiae ʒ iij, croci ʒ vj. Palmulas in vino mulſo aut protropo coquito, deinde in ipſum decoctum nuces pineas xx conjicito ac terito. Poſtea ex medicamento ad nucis Ponticae magnitudinem aut paulo minus accipito, et ad aliquot dies cum hoc decocto utitor, deinde etiam ſimplici medicamento utaris. Poſtea autem ad duos vel tres dies hiera ex aloë uteris, cochlearii menſura ex aqua in diem data. Utere medicamento etiam cum lacte in iis, qui arteria affecti ſunt, ad gargariſſandum,

Ed. Chart. XIII. [529.] Ed. Baf. II. (258.)

των, ἀναγαργαρίζεσθαι κελεύων καὶ πάλιν διαλιπὼν, χρῶ τῷ ἀνωδύνῳ κυάμου Αἰγυπτίου τὸ μέγεθος. ὅταν δὲ ἰσχυρὸς ὁ ῥευματισμὸς ᾖ, προσμίγνυμεν τῇ ἀντιδότῳ ὀπίου καὶ καστορίου, ὀλίγον ἑκατέρου, ἐπὶ δὲ τῶν κακοστομάχων αὐτὰ φυλαττόμεθα. εὔδηλον οὖν ἐξ αὐτῆς τῆς χρήσεως, ἃ γέγραφεν ὁ Ἀνδρόμαχος ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων τὰ περὶ τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα καὶ ἀρτηρίαν ἐπιτηδείως τῆς προγεγραμμένης δυνάμεως συγκειμένης. ἔφη γὰρ αὐτὸς, ὅταν ᾖ ἰσχυρὸς ὁ ῥευματισμὸς, προσμίγνυμεν τῇ ἀντιδότῳ ὀπίου καὶ καστορίου ὀλίγον ἑκατέρου, δηλονότι ξηρᾶναι τὸ ῥεῦμα καὶ ὑγιεινὸν ἐργάσασθαι προαιρούμενοι. ποικίλον δέ ἐστι καὶ πολυμίγματον, ὡς πρὸς πάσας ἁρμόττειν τὰς διαθέσεις, ὅσαι καὶ χρόνιαι καὶ κακοήθεις εἰσὶ καὶ δυσίατοι, κἂν ἕλκος ᾖ τι περὶ τὴν ἀρτηρίαν ἢ τὸν λάρυγγα, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐὰν κατὰ τὸν πνεύμονα. τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἰσχυρῶν οὕτω δεῖται φαρμάκων, ὡς ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐξαρκέσαι δυνηθῶσιν οἱ τὴν φθινώδη διάθεσιν ἔχοντες. ὅταν γὰρ ἐπιλάβωνται χωρίου ξηροῦ καὶ διαίτῃ προσηκούσῃ καὶ φαρμάκοις

et rurfus facto interftitio utere medicamento fabae Aegyptiae magnitudine. Quum vero fortis fuerit fluxio, opium et caftorium in antidotum mifcemus, utriusque parum quid. In his autem qui ftomacho male affecti funt, ea ipfa vitamus. Manifeftum igitur ex ipfis verbis, quae fcripfit Andromachus, quod in fluxionibus partium thoracis et pulmonis ac arteriae praefcripta confectio confufae eft facultatis. Dixit enim ipfe, quum fortis fuerit fluxio, opium et caftorium in antidotum mifcemus, utriusque modicam partem, reficcare nimirum fluxionem et fanam reddere volentes. Varium autem eft medicamentum et ex multorum mixtura conftans, ut ad omnes conveniat affectus, qui etiam diuturni et maligni exiftunt ac aegre curabiles, etiam fi ulcus fit circa arteriam aut laryngem, et multo magis fi juxta pulmonem. Talia enim fortibus adeo opus habent medicamentis, quo ad longius tempus fufficere queant tabidum affectum habentes. Quum enim obtigerit eis regio ficca et in convenientis victus et medicamentorum ufu perfeverarint,

Ed. Chart. XIII. [529. 530.] Ed. Baf. II. (258.)

χρώμενοι διατελῶσιν, ἐπιπλεῖστον ἀντέχουσί τε κατὰ τὰς συνήθεις πράξεις ἐργαζόμενοι μετρίως. αὐτὴν οὖν τὴν δύναμιν οὐκ ἠξίουν ἀναμεμίχθαι ταῖς ἰδίως ὀνομαζομέναις ἀρτηριακαῖς.

[530] Τετάρτην ἐπὶ ταῖς προγεγραμμέναις ἔγραψε δύναμιν ὁ Ἀνδρόμαχος ὡδί πως, ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ. λέγει δὲ δηλονότι τοῦ Βλάστου, περὶ οὗ κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ἀρτηριακὴν ἐγεγράφει· ἀρτηριακὴ Βλάστου ᾗ χρῶμαι. τὴν σύνθεσιν δὲ αὐτῆς τοιαύτην ποιεῖται. ♃ ἀλόης γο β΄. κρόκου γο α΄. μαστίχης γο α΄. πρόδηλον οὖν ὅτι τὸ φάρμακον τοῦτο τῶν ἰδίως ὀνομαζομένων ἐκκοπρωτικῶν ἐστι, μετὰ τοῦ πεπτικὸν ἔχειν τι διὰ τὸν κρόκον. ὅταν δ᾽ οὕτως εἴπω πεπτικὸν, ἀκούειν χρὴ τῆς διαθέσεως ἧς ἕνεκα προσάγεται.

Πέμπτην δὲ ἐφεξῆς τῶν προγεγραμμένων ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος τήνδε. ἀνώδυνος τοῦ αὐτοῦ. ♃ ὀπίου γο γ΄. κρόκου γο α΄. σμύρνης γο β΄. ἀκακίας γο S΄΄. γλυκείας χυλοῦ < δ΄. σὺν μέλιτι. ταῦτα μὲν ὁ Ἀνδρόμαχος, ἐγὼ δὲ οὐ πάνυ τι προσίεμαι τὴν τοιαύτην σύνθεσιν τῶν φαρμάκων,

quam diutiffime renitentur confuetas actiones moderate obeuntes. Hanc igitur confectionem non cenfuerim admifcendam effe iis quae privatim arteriacae appellantur.

Quartam deinceps confectionem Andromachus fic fcripfit. *Altera ejusdem.* Blafti videlicet dicit, de quo circa praecedentem arteriacam fcriptum eft, arteriaca Blafti qua utor. Compofitionem autem ejus talem fecit. ♃ Aloës fextantem, croci ℥ j, mastiches ℥ j, palam eft hoc medicamentum ex eorum numero effe, quae privatim ftercorum eductiva appellantur una cum hoc, quod concoctorium quiddam habet crocus. At vero quum concoctorium dico, intelligere oportet ejus affectus, cujus gratia exhibetur.

Quintam ex ordine compofitionem Andromachus talem tradidit. *Confectio fedans dolorem ejusdem.* ♃ Opii ℥ iij, croci ℥ j, myrrhae ℥ ij, acaciae ℥ ß, fucci radicis dulcis ʒ iv, excipe melle. Haec Andromachus. Verum ego non avide recipio ejusmodi compofitionem medicamentorum, ubi

μετὰ τοῦ μὴ δεδηλῶσθαι τὴν διάθεσιν, ἐφ' ἧς αὐτῇ χρηστέον. ἴσμεν γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνωδύνων τὸν σκοπὸν τῆς συνθέσεως, ὅταν ὕπνον ἐργάσασθαι βουληθῶμεν καὶ σφοδρὰν ὀδύνην ναρκῶσαι. ἡ δὲ τῆς ἀκακίας μίξις ὡς πρὸς ἕλκος ἐστὶν, ὥσπερ γε καὶ ὁ τῆς γλυκείας χυλὸς πρὸς τὸ πραῦναι τὰ τετραχυμμένα. κρόκου δὲ μιγνύειν ἢ ὀπίου κατὰ τὰς ἀνωδύνους τοῖς πλείστοις ἤρεσεν, ἐπειδὴ δοκεῖ καὶ αὐτοῖς ἱκανῶς πέττειν ἁπάσας τὰς διαθέσεις.

Ἕκτην ἐπὶ ταῖς προγεγραμμέναις ἔγραψε δύναμιν ὁ Ἀνδρόμαχος τοιάνδε. ἀρτηριακὴ τοῦ αὐτοῦ. ℞ λιβάνου γο α'. γλυκείας χυλοῦ γο α'. σμύρνης δραχμὰς δ'. τραγακάνθης δραχμὰς στ'. νάρδου ∠ α'. ἀμώμου δραχμὰς δ'. κρόκου ∠ δ'. μέλιτος Ἀττικοῦ τὸ αὔταρκες. καὶ αὕτη δέ ἐστι δήλη πρὸς τὰς αὐτὰς διαθέσεις τῶν ἀναπνευστικῶν συντιθεμένη διά τε τῶν πεπτικῶν καὶ παρηγορικῶν καὶ στυφόντων καὶ ῥυπτόντων. ὁ μὲν γὰρ λίβανος καὶ ἡ σμύρνα καὶ ὁ κρόκος τῶν πεττόντων τὰς διαθέσεις εἰσίν. ὁ δὲ τῆς γλυκείας χυλὸς τῶν ἐκλεαινόντων τὰς τραχύτητας, ὥσπερ γε καὶ ἡ τραγάκανθα.

non oftenditur affectio, in qua ea fit utendum. Scimus etenim componendi fedantia dolorem fcopum, quum fomnum videlicet inducere voluerimus et vehementem dolorem ftupefacere. Acaciae autem mixtura velut ad ulcus eft, quemadmodum radicis dulcis fuccus ad lenienda exafperata. Crocum autem et myrrham in compofitiones dolorem levantes mifcere plurimis placuit; videntur enim ipfis omnes affectus fufficienter concoquere poffe.

Sextam confequenter confectionem Andromachus hoc modo fcripfit. *Arteriace ejusdem.* ℞ Thuris ℥ j, fucci radicis dulcis ℥ j, myrrhae ʒ iv, tragacanthae ʒ vj, nardi ʒ j, amomi drach. quatuor, croci drach. quatuor, mellis Attici quod fatis eft. Non obfcurum eft etiam hanc ad refpirationis organorum affectus compofitam effe ex concoctoriis, mitigatoriis, aftringentibus et detergentibus. Myrrha enim et thus et crocus affectus concoquunt. Radicis dulcis fuccus exafperata mitigat, idem etiam tragacantha facit. Amomum

Ed. Chart. XIII. [530.] Ed. Baſ. II. (258.)

τὸ δὲ ἄμωμον ἰσχυρῶς ξηραίνει μετὰ τοῦ καὶ βραχὺ στυπτικὸν ἔχειν. τὸ δὲ μέλι τῆς τῶν θερμαινόντων ἐστὶ καὶ ῥυπτόντων δυνάμεως.

Ἑβδόμην ἐπὶ ταῖς προγεγραμμέναις ὁ Ἀνδρόμαχος ἔγραψεν, ἐκ τῶν πολλῶν πάνυ συγκειμένην φαρμάκων, ἁπάσας σχεδόν τι τὰς δυνάμεις ἐχόντων. καὶ γὰρ στύφοντα καὶ δάκνοντα καὶ λεπτύνοντα καὶ παρηγοροῦντα καὶ ἐκλεαίνοντα καὶ ὑπνωτικὸν καὶ διαφορητικὸν καὶ ῥυπτικὸν περιέχεται κατ᾿ αὐτὴν, ἐφ᾿ ὧν ἁπασῶν τῶν πολυμιγμάτων δυνάμεων ὧν εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν ὁ λόγος κοινὸς, ὡς ἐξ ἁπάντων τις εἰ βουληθῇ συνθεῖναί τι τῶν φαρμάκων, ἐλπίδι τοῦ ποιήσειν ἓν φάρμακον πρὸς ἁπάσας τὰς ὁμογενεῖς διαθέσεις. ἐξ αὐτῶν τινὰ μὲν εὑρέθη τῇ πείρᾳ μοχθηρὰ καὶ παρεώσθη, τινὰ δὲ εὐτύχησε κατὰ τὸν τοῦ συνθέντος ἀποβῆναι στοχασμόν. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν σκευασίαν αὐτῆς ὁ Ἀνδρόμαχος, οὐ πάνυ τι τοῦτο πράττειν εἰωθώς. ὃ δὲ ἐκ φαρμάκων δυνάμεις ἐχόντων ἃς εἴρηκα σύγκειται, κάλλιον μέν ἐστι μεμνῆ-

fortiter reſiccat cum modica aſtringendi facultate. Mel autem calefactoriam et exterſoriam vim habet.

Septimam poſt relatas compoſitiones Andromachus ſcripſit ex multis valde medicamentis conſtantem, quae omnes ferme facultates habent, nam et aſtringentia et mordentia et attenuantia et mitigantia et laevigantia in ea continentur, quin et ſoporifera vis et diſcuſſoria ac deterſoria in ipſa habentur. In quibus omnibus multifariam mixtis facultatibus communis ratio eſt, quemadmodum etiam antea dixi, quod videlicet quispiam ex omnibus medicamentum quoddam componere voluit, ſpe faciendi unum medicamentum ad omnes ejusdem generis affectus commodum. Verum ex ipſis aliqua quidem per experientiam cognita ſunt maligna et propterea relicta, aliqua vero feliciter pro ipſius componentis conjectura, efficacia evaſerunt et ob id recepta. Quin et praeparandi ipſam modum Andromachus aſcripſit, quamquam hoc facere alias non ſoleat. Quod vero ex medicamentis compoſita ſit eas quas dixi facultates

σθαι τοὺς ὁμιλήσαντας τοῖσδε τοῖς γράμμασιν. εἰ δὲ καὶ μὴ πρόχειρον ἔχοιεν τὴν μνήμην, ἀλλὰ κατά τε τὸν χρόνον αὐτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα φάρμακα μανθάνουσιν, ἀναγνώτωσαν ἐπιμελῶς τὸ ἕκτον καὶ τὸ ζ΄ καὶ τὸ η΄ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. ἐν ἐκείνοις γὰρ ἅπασαν ἔγραψα τὴν ὕλην τῶν φαρμάκων, ὅσα ῥίζαι καὶ φύλλα καὶ ἄνθη καὶ σπέρματα καὶ καρποὶ καὶ ὀποὶ καὶ χυλοὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων εἰσὶν ἢ ἁπάντων φυτῶν. ὁπότ᾽ οὖν ἀκήκοας ταῦτα, πρόσχες ἤδη τὸν νοῦν οἷς ἔγραψε περὶ τοῦ φαρμάκου τούτου ὁ Ἀνδρόμαχος. ἀρτηριακὴ ᾗ χρῶμαι. [531] πτέρεως ῥίζαι ὡς ἁδρόταται πλύνονται, ἕως λίαν καθαρώταται γένωνται καὶ πᾶν γεῶδες ἀφῶσιν, εἶτα ψύχονται ἡμέραν μίαν καὶ κατατέμνονται εἰς τριδάκτυλα καὶ καταθραύονται. ἐκ τούτων λίτραι ι΄. καὶ βάλλονται εἰς χύτραν ἐγκεκαινισμένην καὶ ὕδατος γλυκέος ξέστεις ι΄. καὶ ἕψεται ἕως ἂν λειφθῶσιν ξέστεις ε΄. καὶ ἐκθλίβονται καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν εἰς δίπλωμα βάλλεται, τὰ δ᾽ ἀρώματα ἁδρομερῆ. ♃ νάρδου Ἰνδικῆς δραχμὰς δ΄, κινναμώμου ∠ ϛτ΄. γλυκείας ῥίζης δρα-

complectentibus praeftat meminiffe eos, qui hos libros in manus fument. Si tamen non promptam habeant memoriam, eo fane tempore quo hujusmodi medicamenta difcunt, fextum et feptimum ac octavum de fimplicium medicamentorum facultate librum legant; in illis enim omnem medicamentorum materiam confcripfi, qua radices et folia et flores et femina et fructus et liquores et fucci omnium ex terra nafcentium plantarum exiftunt. His itaque praemiffis jam animum ad ea quae Andromachus de hoc medicamento fcripfit adverte. *Arteriaca qua utor.* Radices filicis craffiffimae lavantur donec puriffimae fiant et omne terreum deponant, deinde per diem unum perfrigerantur et in frufta magnitudinis trium digitorum fecta conquaffantur, atque ex eis librae x in ollam novam, aquae dulcis fextarios decem complectentem, injiciuntur et ad hoc, ut fextarii v reliqui fiant, coquuntur, exprimuntur et liquor quidem in duplum vas diffunditur, et aromata craffa ac integris partibus adduntur. ♃ Nardi Indicae ℥ iv, cinnamomi ℥ vj, radicis dul-

Ed. Chart. XIII. [531.] Ed. Baf. II. (258.)

χμὰς στ΄. κακίας < δ΄. ῥήου Ποντικοῦ δραχμὰς δ΄. βαλαυστίου < στ΄. ῥόδων ξηρῶν < δ΄. οἱ δὲ δραχμὰς στ΄. ταῦτα ἕψεται ὁμοίως εἰς τὸ ἥμισυ, εἶτα ἐκθλίβεται καὶ προσεμβάλλεται τῷ ἀφεψήματι μέλιτος Ἀττικοῦ ξε α΄. προαφεψημένου καὶ συνεστραμμένου ἰδίᾳ ἐν διπλώματι, ἕως μὴ μολύνοι, καὶ προσεμβάλλεται τερμινθίνης διαυγοῦς < γ΄. χαλβάνης δραχμὰς β΄. κρόκου δραχμὰς ε΄. ὑοσκυάμου χυλοῦ < α΄. ὑποκυστίδος χυλοῦ < α΄. μανδραγόρου χυλοῦ τριώβολον, πεπέρεως λευκοῦ δραχμὰς η΄.

Ὄγδοον ἐπὶ ταῖς προειρημέναις ἔγραψε, δηλώσας τῆς δυνάμεως αὐτῆς τὸ κεφάλαιον, ὅπερ ἐχρῆν ἐπὶ πασῶν αὐτῶν πεποιηκέναι. ἔχει δ᾽ οὕτω πως αὐτοῖς ὀνόμασιν. ἀρτηριακὴ ἐπαινουμένη Μιθριδάτειος, πρὸς τὰ ἐν θώρακι συνηθροισμένα, ὑποκαθαίρει καὶ ἀπολεαίνει. ♃ ἐρυσίμου πεφωγμένου < κ΄. ἐν τισι δὲ τῶν ἀντιγράφων ἐρεγμοῦ γέγραπται· ῥυπτικῆς δέ ἐστιν ἄμφω δυνάμεως, λινοσπέρματος πεφωγμένου < κ΄. καὶ τοῦτο ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, στροβίλου δραχμὰς η΄. ἐκλεαίνει δηλονότι τοῦτο, σταφίδος ἐκγεγιγαρτι-

cis ʒ vj, caffiae ʒ iv, rhei Pontici drach. iv, balauftii drach. vj, rofarum ficcarum drach. iv, alii vj. Haec fimiliter ad dimidias coquuntur ac exprimuntur, et ad decoctum mellis Attici fextarius unus additur, fit autem mel praecoctum et in duplici vafe privatim fpiffatum, usquequo manus non inquinet, adjiciuntur et terebinthinae pellucidae ʒ iij, galbani drach. ij, croci drach. v, fucci hyofcyami drach. j, fucci hypocyftidis drach. j, mandragorae fucci oboli iij, piperis albi drach. octo.

Octavam deinceps confectionem fcripfit, fumma facultatis ipfius indicata, quod ipfum in omnibus feciffe oportuit. Habet autem fic. *Arteriace laudata Mithridatis ad thoracis collectiones, fubpurgat et laevigat.* ♃ Irionis torrefacti drach. j, in quibusdam exemplaribus fabae frefae fcriptum eft, funt autem ambo deterforiae facultatis, feminis lini tofti drach. xx, et hoc deterforiam vim habet, nucis pineae drach. viij, hae laevigandi vim habent, uvae

σμένης δραχμὰς δ'. καὶ αὕτη τῷ μὲν βραχύ τι παραστύφειν καὶ ἅμα τροφή τις εἶναι χρηστὴ τῷ σώματι μέμικται προσηκόντως. ἔχει δὲ καὶ τὴν τοῦ γλυκέος δύναμιν, οἵαν εἰρήκαμεν ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως· κρό(259)κου ὀβολοὺς δύο. ἐλάχιστον δηλονότι βέβληκε τοῦ κρόκου ὁ συνθεὶς τὸ φάρμακον, ἐγγύς τε τοῦ μηδὲν εἶναι πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ἀναλογίαν. εἰρήκαμεν δὲ ὅτι πεττικῆς ὁ κρόκος ἐστὶ δυνάμεως μετὰ τοῦ καὶ στύφειν. εἴρηται δ', ὅτι καὶ ἡ στύψις συνάγει καὶ σφίγγει καὶ τονοῖ τὰ σώματα. βέβληκε δὲ καὶ κοτύλης μέλιτος τέταρτον, ἀποχωρήσας τοῦ τε γλυκέος οἴνου καὶ τοῦ ἑψήματος, ἀποκαθαίρειν γὰρ τὸ σκευαζόμενον φάρμακον βούλεται, καθότι προεῖπε τὰ ἐν θώρακι. ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις τὰ παχύχυμα κωλύει τὴν ἀνακάθαρσιν. ἔμιξε δὲ τούτοις τραγακάνθης δραχμὰς δ'. ἐκλεαίνοντος φαρμάκου τὰ τραχυνθέντα. προεῖπον δ' ὅτι βούλεται τὸ προκείμενον φάρμακον ἀποκαθαίρειν τε καὶ ἐκλεαίνειν τὰ κατὰ τὸν θώρακα. ὁ μὲν γὰρ σκοπός ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις λεπτῦναι καὶ ἀποῤ-

paffae exacinatae drach. iv et haec ob id, quod modice fubaftringat, fimulque commodus corpori cibus fit, merito admixta eft, habet autem et paffi facultatem, qualem in quarto de fimplicium medicamentorum facultatibus indicavimus, croci obol. ij, minimum quid ex croco conjecit, qui medicamentum compofuit, ut prope nihil fit aliorum proportione. Diximus de croco, eum concoquendi vim habere una cum aftrictione, dictum eft etiam quod aftrictio corpora cogit, conftringit et corroborat. Adjecit autem etiam mellis quartam partem heminae, a vino dulci ac fapa digreffus; vult enim hoc modo praeparatum medicamentum velut praefatus eft, in pectore haerentes collectiones expurgare; caeterum in hujusmodi medicamentis ea quae craffos fuccos habent, impediunt repurgationem. His admifcuit tragacanthae ℥ iv, quod medicamentum laevigat exafperata. Praedictum eft autem, quod vult hoc propofitum medicamentum repurgare et laevigare ea quae juxta thoracem haerent; fcopus enim hujusmodi eft, attenuare et abftergere

ῥύψαι καὶ πρὸς τὴν ἀναγωγὴν ἐπιτήδεια ποιῆσαι τὰ κατὰ τὸν θώρακα. τῆς δ᾽ ἀνωδυνίας ἕνεκα καὶ τοῦ μὴ πάνυ τι βήττειν τραχυνθέντα τὰ μόρια προστίθενται τὰ ἐκλεαίνοντα. μέγιστον δὲ τοῦτ᾽ ἔστι καὶ διὰ παντὸς χρὴ μεμνῆσθαι αὐτοῦ τοῦ πολλάκις ἕνα σκοπὸν ἔχειν, δι᾽ ὃν συντίθεται τὸ φάρμακον. ἕνεκα δὲ τοῦ μὴ λυπεῖν αὐτὸ κατὰ μηδένα τρόπον, ἑκάτερα μίγνυται τὸν πρῶτον σκοπὸν τῆς ὠφελείας οὐκ ἔχοντα.

Ἐνάτην ἀρτηριακὴν ἐπὶ ταῖς προγεγραμμέναις ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος ὧδί πως κατὰ λέξιν. ἀρτηριακὴ ἡ Μαρίνου. ℞ κρόκου γο α΄. κόμμεως γο β΄. τραγακάνθης γο α΄. μέλιτος Ἀττικοῦ ξε α΄. ἕψε ἕως ἀποσταζόμενον μὴ μολύνοι. τοῦτο τὸ φάρμακον τῶν μέσων ἐστὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ἦν δ᾽ ἂν ἀκριβῶς παρηγορικόν τε καὶ ἀνώδυνον, εἰ μήπω κρόκου εἶχεν μήτε τοῦ μέλιτος τὸν ξε. ἀλλ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ τὸν Θηραῖον οἶνον τὸν Κρητικὸν ἢ τὸ ἐκ τοῦ γλεύκους ἑψηθέντος γινόμενον, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς, ὡς ἔφην, ἕψημα, [532] παράκειται δὲ κατὰ τὴν λέξιν ἀκαίρως ἐπὶ τοῖς προειρημέ-

ac ad eductionem ſuperne aptas facere collectiones in thorace; verum ſedandi doloris gratia et ne nimium tuſſiant partes exaſperatae, laevigantia apponuntur. Maximum hoc eſt, atque ipſius per omnia meminiſſe oportet, nimirum quod ſaepe unus ſcopus ſit, in quem medicamentum componitur, ne vero hoc ipſum aliquo modo offendat, utraque miſcentur, primum utilitatis ſcopum nequaquam habentia.

Nonam arteriacen poſt has Andromachus his verbis tradidit. *Arteriace Marini.* ℞ Croci unc. j, gummi ſextantem, tragacanthae unc. j, mellis Attici ſextarium j, coquito donec, quum diffunditur, non inquinet. Hoc medicamentum medium eſt facultate, eſſetque exacte mitigatorium ac dolorem ſedans, ſi neque crocum haberet neque mellis ſextarium, ſed pro ipſo Theraeum vinum Creticum, aut ſapam ex muſto cocto ſactam, quam nos, ut dixi, hepſema appellamus. Verum hoc loco importune inter relata fortia

Ed. Chart. XIII. [532] Ed. Baf. II. (259.)

νοις ἰσχυροῖς φαρμάκοις, ἃ καὶ τοῖς ἐμπυΐκοῖς καὶ τοῖς ὑπὸ φθόης ἐχομένοις ἁρμόττει.

στυπτηρίας ὑγρᾶς λίτραν α'. νίτρου ἐρυθροῦ λίτραν α'. ἀριστολοχίας γο γ'. βδελλίου γο γ'. ἀμώμου βότρυος γο γ'. σικύου ἀγρίου ῥίζης γο γ'. ἀλόης γο στ'. πυρέθρου γο γ'. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος γο γ'. ἰξοῦ δρυΐνου γο γ'. ὀποῦ συκομόρων γο γ'. ὄξους ξε. α' S''. ἢ οἴνου Ἰταλικοῦ ἀντὶ τοῦ ὄξους βάλλομεν, ἐλαίου κοτύλας γ'. σκεύαζε κατὰ τρόπον.

[Μάλαγμα διὰ δαφνίδων, σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς· διαλύει πᾶσαν σκληρίαν, ἀναπίνει τὰς ἐν βάθει ἀποστάσεις.] ♃ Κηροῦ λίτραν α'. πιτυΐνης λίτραν α'. πίσσης Βρυτίας λίτραν α'. δαφνίδων ξηρῶν λίτραν α'. νίτρου ἐρυθροῦ λίτραν α'. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτραν α'. στέατος μοσχείου κατειργασμένου λίτραν α'. τὰ ξηρὰ κόπτε καὶ σῆθε λεπτοτάτῳ κοσκίνῳ. τὰ δὲ τηκτὰ τήκεται καὶ ψύχεται καὶ τοῖς ξηροῖς ἐπιβάλλεται, καὶ ἀνακόψαντες ἀνελόμενοι χρώμεθα. ἄλλο. ♃ δαφνίδων λίτραν α'. πίττης λίτραν α'. μάννης λίτραν α'. στέατος ταυρείου λίτραν α'. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτραν α'. κηροῦ λίτραν α'. σκεύαζε καθὰ προείρηται. (296) ἡ τοῦ κουρέως λεγομένη σπληνική, ὑδρω-

j, ariſtolochiae quadrantem, bdellii quadrantem, amomi racemi quadrantem, radicis cucumeris ſilveſtris quadrantem, aloës ſemiſſem, pyrethri quadrantem, ammoniaci thymiamatis quadrantem, viſci quercini quadrantem, ſucci ſycomororum quadrantem, aceti ſeſquiſextarium, aut pro aceto vini Italici tantundem, olei heminas iij, praeparato pro more.

[*Malagma ex baccis lauri, ad ſplenicos, hydropicos. Diſſolvit omnem duritiem, abſorbet abſceſſus in profundo.*] ♃ Cerae lib. j, reſinae pinus lib. j, picis Brutiae lib. j, baccarum lauri ſiccarum lib. j, nitri rubri lib. j, ammoniaci thymiamatis lib. j, adipis vitulini ſubacti lib. j, arida tundito et cribrato per anguſtiſſimum cribrum, liquabilia liquantur et frigefacta aridis adjiciuntur, atque ita contuſis ſimul ac repoſitis utimur. *Aliud.* ♃ Baccarum lauri lib. j, picis lib. j, mannae lib. j, adipis taurini lib. j, ammoniaci thymiamatis lib. j, cerae lib. j, praeparato, ut praedictum eſt. *Emplaſtrum tonſoris*

πική. ταύτῃ κουρεὺς ἀπὸ Βιθυνίας ἀνὴρ χρώμενος, ἰσχιαδικοὺς ἀπήλλαττε παντελῶς. ℞ πίσσης ξηρᾶς λίτρας δ΄. κηροῦ λίτρας β΄. πιτυΐνης λίτρας β΄. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτρας β΄. νίτρου ἐρυθροῦ λίτρας β΄. δαφνίδων ξηρῶν λίτρας β΄. στέατος ταυρείου λίτραν α΄. ἐν ἄλλῳ καὶ ἴρεως λίτρας β΄. κάγχρυος γο ιη΄. ἀλεύρου τηλίνου ξε. α΄. γύρεως ξε. α΄. χαμαιλέοντος μέλανος ῥίζης κεκομμένης λειοτάτης ξέστην α΄. κυμίνου λειοτάτου ξε. α΄ S΄΄. γλυκέος ξε. α΄. ἐν ἄλλῳ ἀνίσου λειοτάτου ξε. S΄. τὴν δὲ γύριν οὐκ ἔχει.

[606] [Ἄλλη Βιθυνὴ λεγομένη φάρμακον ἐπιτετευγμένον, πρὸς τὰς προειρημένας διαθέσεις.] ℞ Πίσσης Βρυτίας λίτρας δ΄. ῥητίνης πιτυΐνης, κηροῦ, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ἀνὰ λίτρας β΄. μυελοῦ ἐλαφείου λίτραν α΄. στέατος ταυρείου κατειργασμένου λίτραν α΄. ὀποῦ συκομόρου λίτραν α΄. λίθου Ἀσίου τοῦ ἄνθους γο στ΄. χαμαιλέοντος μέλανος τῆς ῥίζης κεκομμένης γο στ΄. δαφνίδων ξηρῶν λίτρας S΄΄. ἀλεύρου ἰρίνου λίτρας S΄΄. δαύκου Κρητικοῦ σπέρματος κεκομμένου γο δ΄.

appellatione, ad ſplenicos et hydropicos. Hoc tonſor quidam vir Bithynienſis uſus iſchiadicos a coxendicum morbo penitus liberavit. ℞ Picis aridae lib. iv, cerae lib. ij, reſinae pinus lib. ij, ammoniaci thymiamatis lib. ij, nitri rubri lib. ij, baccarum lauri aridarum lib. ij, adipis taurini lib. j. In alio exemplari etiam iridis lib. ij habentur, canchryos unciae xviij, farinae foenigraeci ſextarius j, pollinis ſextar. j, radicis chamaeleonis nigrae tenuiſſimae tuſae ſextar. j, cumini tenuiſſime triti ſeſquiſextarius, paſſi ſextar. j. In alio exemplari aniſi triti ſextarius dimidius habetur et pollen deeſt.

[*Aliud Bithynum appellatum, medicamentum accommodatum ad praedictos affectus.*] ℞ Picis Brutiae lib. iv, reſinae pinus, cerae, ammoniaci thymiamatis, ſingolorum libras duas, medullae cervinae lib. j, adipis taurini ſubacti lib. j, ſucci ſycomororum libram unam, floris lapidis Aſii ſemiſſem, radicis chamaeleonis contuſae ſemiſſem, baccarum lauri ſiccarum libram dimidiam, farinae loliaceae libram dimidiam, ſeminis dauci Cretici contuſi trientem, petroſelini

πετροσελίνου γο δ'. κυμίνου Αἰθιοπικοῦ γο δ'. ἀνίσου γο δ'. ἁλῶν Σπανῶν γο στ'. ἀφρονίτρου γο στ'. κυπρίνου γο στ'. οἴνου Φαλερίνου ὅσον ἐξαρκεῖ, τὰ ξηρὰ φυράσας σκεύαζε κατὰ τρόπον.

[Μάλαγμα τὸ διὰ τῶν σπερμάτων φάρμακον ἐπιτετευγμένον πρὸς τὰς προειρημένας διαθέσεις. τούτῳ ἐχρήσατο Ὀλύμπιος.] ℞ Κηροῦ ∠ ρ'. τερμινθίνης ∠ ρ'. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ∠ ρ'. στέατος ταυρείου ∠ ρ'. ἀνίσου ∠ ρ'. τήλεως ∠ ρ'. πετροσελίνου ∠ ρ'. ἄμμεως, ἴρεως Ἰλλυρικῆς ἀνὰ ∠ ν'. πάνακος ∠ ρ'. νίτρου ∠ ν'. γλυκυῤῥίζης ∠ ν'. κυπέρου ∠ κε'. βράθυος ∠ κε'. σαμψύχου ∠ κε'. μελιλώτου ∠ κε'. καρδαμώμου ∠ ιβ' S''. κασσίας σύριγγος ∠ ιβ' S''. νάρδου Κελτικῆς, δαύκου Κρητικοῦ τῆς ῥίζης ἀνὰ ∠ ιβ' S''. μέλιτος κοτύλης S''. οἴνου εὐώδους ὅσον ἐξαρκεῖ, σκεύαζε κατὰ τρόπον. ἄλλο. ℞ κηροῦ μνᾶν α'. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος μνᾶν α'. τερμινθίνης μνᾶν α'. σαμψύχου, δαφνίδων, κυπέρου ἀνὰ μνᾶς S''. ἴρεως Ἰλλυρικῆς μνᾶς τέταρτον, ὅ ἐστι ∠ λ'. λινοσπέρμου πεφωγμένου μνᾶς δ'. τήλεως, πάρα-

trientem, cumini Aethiopici trientem, anisi trientem, salis Hispani sexuncem, aphronitri sexuncem, cyprini sexuncem, vini Falerni quod satis est, arida cum liquidis pro more apparato.

[*Aliud malagma ex seminibus, medicamentum accommodatum ad praedictos affectus, hoc usus est Olympius.*] ℞ Cerae ʒ c, terebinthinae ʒ c, ammoniaci thymiamatis ʒ c, adipis taurini ʒ c, anisi ʒ c, foenigraeci ʒ c, petroselini ʒ c, ammii, iridis Illyricae, utriusque ʒ l, panacis ʒ c, nitri ʒ l, glycyrrhizae ʒ l, cyperi ʒ xxv, sabinae ʒ xxv, sampsuchi ʒ xxv, meliloti ʒ xxv, cardamomi ʒ xij ß, cassiae fistulae ʒ xij ß, nardi Celticae, radicis dauci Cretici, utriusque ʒ xij ß mellis heminam et dimidiam, vini odorati quod sufficit, praepara pro consueto more. *Aliud.* ℞ Cerae minam unam, ammoniaci thymiamatis minam unam, terebinthinae minam j, sampsuchi, baccarum lauri, cyperi, singulorum minam dimidiam, iridis Illyricae minae quartam partem, hoc est ʒ xxx, seminis lini tosti, minae quartam par-

κος ἀνὰ μνᾶς δ'. στέατος ταυρείου μνᾶς δ'. σικύου ἀγρίου ῥίζης ξηρᾶς, ἀνίσου, σελίνου σπέρματος, ἄμμεως, κυμίνου, μαράθρου, νίτρου ἀνὰ μνᾶς δ'. πεπέρεως ∠ ιβ' S''. μέλιτος κοτύλην, οἴνου κοτύλην α' S''. κυπρίνου κοτύλην α' S''. ὄξους κοτύλην α' S''. συντίθει καὶ χρῶ.

[Ἐκ τῶν Ἀνδρομάχου πρὸς ὑδρωπικοὺς καὶ ἐμπνευματώσεις.] ℞ Πίσσης ὑγρᾶς λίτρας β'. κηροῦ λίτραν α'. νίτρου γο στ'. θείου ἀπύρου γο στ'. στυπτηρίας γο στ'. πρὸς ὑδρωπικοὺς Κλεοφάντου. ℞ κηροῦ, ῥητίνης, ἀφρονίτρου ἀνὰ ∠ ρ'. χαλβάνης ∠ ιβ' S''. προπόλεως ∠ ιβ' S''. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ∠ ιβ' S''. κυπρίνου κυάθους β'. ὄξους κυάθους δύο.

[Ἀρχιγένους ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν κατὰ γένος φαρμάκων.] Ὑδρωπικοῖς δίαιτα, ὡς προσῆκε. κατάπλαττε μὲν βολβίτῳ ἀγελαίας βοὸς, ξήραινε δὲ αὐτὸ ἐπιμελῶς, καὶ λεάνας ἕψε ἐν ὀξυκράτῳ ὠμῆς λύσεως τρόπον, προσεμπάσας θείου ἀπύρου τὸ τέταρτον μέρος, ὅλῳ δὲ τῷ κύτει ἐπίβαλλε.

tem, foenugraeci, panacis, utriusque minae quartam partem, adipis taurini minae quartam partem, radicis ficcae cucumeris filvestris, anifi, feminis apii, ammii, cumini, foeniculi, nitri fingulorum minae quartam partem, piperis ʒ xij ß, mellis heminam, vini fefquiheminam, cyprini fefquiheminam, aceti fefquiheminam, componito ac utitor.

[*Ex Andromacho ad hydropicos et inflationes.*] ℞ Picis liquidae lib. ij, cerae lib. j, nitri ℥ vj, fulfuris vivi fexuncem, aluminis fexuncem. *Ad hydropicos Cleophanti.* ℞ Cerae, refinae, fpumae nitri, fingulorum ʒ c, galbani ʒ xij ß, propolis ʒ xij ß, ammoniaci thymiamatis ʒ xij ß, cyprini cyathos duos, aceti cyathos duos.

[*Ex Archigenis fecundo libro medicamentorum fecundum genus.*] Hydropicis diaetam convenientem conftitue. Pro cataplasmate quidem ftercus bovis armentariae impone. Reficca autem ipfum ftercus diligenter et tritum in pofca velut crudam hordeaceam farinam coque infperfa fulfuris vivi quarta parte, cataplasma vero per omnem ventris amplitudi-

ὡς Μούσας κατέπλαττεν αὐτοὺς, ἐλατηρίῳ, σταφίδι ἀγρίᾳ, ὑσσώπῳ, χολῇ ταυρείᾳ, ἴσοις σύκοις κεκομμένοις ἀναληφθεῖσιν. ἢ σικύου ἀγρίου τῆς ῥίζης μνᾶ μία, ἑψημένης ἐν οἴνῳ. σύκων ὁμοίως ἑψημένων μνᾶς S''. ταῦτα ὁμοῦ λέαινε παραχέων τοῦ ἀφεψήματος αὐτοῖς, μέχρι μαλαγματῶδες ποιήσῃς, εἶτα μίξας αὐτῆς ἀλθαίας λείας ῥίζης τὸ ἴσον καὶ συνέψων συλλέαινε καὶ οὕτω κατάπλαττε. ἢ σπυράθους αἰγείους ἕψων ἐν οὔρῳ παιδίου ἀφθόρου ἢ αὐτῆς αἰγὸς τῷ οὔρῳ, γλοιοῦ ποιῶν πάχος κατάπλασσε, ἄκρως αὐτοὺς διὰ κοιλίας καθαίρει. ἄλλο. ἐλλέβορον μέλανα, χολὴν ταυρείαν, νίτρον, πέπερι, ἴσα σὺν μέλιτι καταπλάσσων τὴν κοιλίαν ἐπὶ ἡμιώριον. [607] παρ᾽ ὅλην δὲ τὴν ἀγωγὴν ποτίζειν τινὶ τούτων. ♃ κοτυληδόνος ◁ α΄. σκίλλης καθαρᾶς ξηρᾶς ◁ α΄. ἐν οἰνομέλιτι κεκραμένῳ δίδου καθ᾽ ἡμέραν. ἢ ἄρου ῥίζης φλοιοῦ ◁ α΄. καὶ κνεώριον, ἣν ἔνιοι χαμελαίαν καλοῦσι, χυλίσας καλάμων τοὺς πρὸς ταῖς ῥίζαις ἁπαλοὺς ὄχθους λάβε κυάθους γ΄. μίξας τε τὰ προειρημένα δίδου καθ᾽ ἡμέραν πίνειν. κάλλιστα

nem impone. Mufa vero cataplasma ad ipfos praeparavit ex elaterio, ftaphide filveftri, hyffopo, felle tauri, aequalibus partibus ipforum ficubus contufis exceptis. Aut radicis cucumeris filveftris minam j, in vino coquito et ficuum minae ß, fimiliter coquito, atque haec fimul terito, affufo eorum decocto, donec malagmatis forma evadat, indeque althaeae radicis tritae tantundem admifceto, fimulque coquito ac terito, atque ita imponito. Aut caprinum ftercus in urina pueri impubis veneris expertis, vel ipfius caprae urina coctum, ad ftrigmentitiam fpiffitudinem redigito ac imponito, egregie ipfum per alvum purgat. Aut veratrum nigrum, fel taurinum, nitrum, piper, aequis partibus cum melle, alvo per dimidiae horae fpatium imponito. Porro per omne curationis tempus unam aliquam ex his potionibus ipfis propinato. ♃ Cotyledonis ʒ j, fcillae aridae mundae ʒ j, in vino mulfo diluto quotidie exhibe. Aut ♃ corticis radicis ari ʒ j. Aut cneori, quam aliqui chamelaean appellant, teneras eminentias ad calamorum radices nafcentes exuccato, ac fucci cyath. iij, praedictis admixtis quotidie exhibeto. Optime facit et hoc,

δὲ ποιεῖ τοῦτο, ℞ καρκίνου ποταμίου ξηροῦ χωρὶς τῶν ποδῶν καὶ χηλῶν λελειωμένου ∠ α'. ἀσάρου ∠ α'. μίξας ὕδατι ἐξ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν οἱ καρκίνοι, δίδου πίνειν. ἐνίοτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀσάρου ὀποβαλσάμου προσβάλλεται ἴσον. ἢ ℞ κοραλλίου ∠ α'. στυπτηρίας σχιστῆς ∠ α'. ὀβολοὺς β'. λεάνας μετὰ καλαμίνθης ἀποβρέγματος, ἀνάπλαττε διοβολιαίους τροχίσκους καὶ δίδου πίνειν ἐν τῷ τῆς καλαμίνθης ὕδατι ὀβολὸν, ἄκρως ποιεῖ καὶ πρὸς νεφριτικούς. ἢ τὴν ῥίζαν τῆς καλαμίνθης καθεψήσας πότιζε. ἢ τὸ σίον λεγόμενον πότιζε· τοῦτο δὲ καὶ ἐσθίειν δίδου. ἢ τριβόλου τὰ φύλλα. ἢ τὴν ῥίζαν μετ' οἴνου δίδου. ἢ ἐν βαλανείῳ ἁλὶ καὶ ἐλαίῳ ἐπιμελῶς, ἄχρις ἂν ἰδρώσωσιν, ἀλείψας ἔξαγε καὶ μόνους τοὺς διδύμους ἀποκλύσας ἀφιδροῦντας, πρῶτον ὀθονίοις, εἶτα τοῖς λοιποῖς περιβολαίοις συσκεπάσας, κόμιζε καὶ δίδου φουρνίτου ἄρτου μετὰ ἰσχάδων ἱκανῶν φαγεῖν, πότιζε δὲ οἴνῳ μέλανι Ἰταλικῷ ἢ σπικάτῳ προσφάτῳ, ἐνεψημένων αὐτῷ σύκων γο δ'. εἰς τοὺς ξε. στ'. μέχρι τὸ γ'. λειφθῇ, καθαίρει δι' οὔρων. ἢ αἰγὸς οὔρου κοχλιάριον α'. μετὰ νάρ-

℞ cancri fluvialis ficci triti, pedibus ac eminentiis omnibus amputatis ʒ j, afari ʒ j, mifceto aqua ex ipfo flumine, unde cancri extracti funt, accepta et propinato. Aliquando vero pro afaro opobalfami par pondus additur, aut corallii ʒ j, aluminis fciffi ʒ j, obol. ij, cum calaminthae cremore terito et in paftillos duorum obolorum ponderis redigito et obolum inde ex calaminthae aqua bibendum dato. Summe facit et ad nephriticos. Aut radicem calaminthae coctam propina. Aut laver dictum itidem coctum propina, idemque etiam edendum exhibe. Aut tribuli folia five radicem cum vino dato. Aut in balneo cum fale et oleo diligenter, usque quo exudent, illitos educito, et folis teftibus exudantibus ablutis, primum linteis, deinde etiam reliquis amiculis contectos curato, ac panem furnaceum cum fufficientibus caricis edendum dato, vinum vero nigrum Italicum aut fpicatum recens, in quo ficuum triens in vini fextariis vj incoctus eft, donec tertia pars fuperfuit, bibendum exhibeto, purgat per urinam. Aut urinae caprae cochleare unum cum nardi ʒ j, ca-

δου ∠ α΄. θερμάνας δίδου πίνειν. ἢ σίκυον ἄγριον οἴνῳ ναρδίνῳ ἢ Ἀμιναίῳ ἐναποβρέξας τρὶς, ἐκ τοῦ ἀποβρέγματος δίδου κύαθον α΄. καὶ προστίθει κατὰ βραχὺ, ἕως κυάθων τριῶν. ἢ σεσέλεως δίδου πίνειν ἢ ἐσθίειν. ἢ δαφνοειδοῦς λείου ἡλίκον θέρμον ἐπιπάσσων, δίδου πιεῖν, ἄγει οὖρα πολλά. ἢ ἄρου ῥίζης φλοιὸν ἐν οἴνῳ. ἢ λεπίδος χαλκοῦ ∠ α΄. ἄρτου τὸ ἐντὸς ἀναλαβὼν καταπότια ποίει καὶ δίδου· ὕδωρ ἄγει εὐτόνως. ἢ ♃ χαλκοῦ κεκαυμένου ∠ α΄. πηγάνου κλωνία τρία, περιστερᾶς κόπρου ∠ α΄. ἁλὸς κοινοῦ ὀλίγον μετ᾽ οἴνου Ἐφεσίου καὶ ὕδατος τὸ πᾶν κρᾶμα κοτύλης S΄΄. δίδου. ἄκρως ποιοῦσιν αἵ τε θηριακαὶ διουρητικαὶ πᾶσαι, ἔτι τε τὰ ἑκάστῳ διὰ πείρας ἀκίνδυνα ὑδραγωγὰ πότιμα ἢ καταπότια, διάχριε δὲ τοὺς ὑδρωπικοὺς ἐπὶ πολὺ ἐν ἡλίῳ, σκέπων τὴν κεφαλὴν, μιγνὺς τῷ ἐλαίῳ ἅλας πολλοὺς, καταιόνα τε ἅλμῃ πολλῇ καὶ θερμῇ, τοὺς ἐμπεφυσημένους μάλιστα τόπους. κύστεις εὐμεγέθεις ἐμφυσήσας ἐπιμελῶς κατάκρουε καθ᾽ ἡμέραν συνεχῶς, πιλοῦνται γὰρ καὶ προστέλλονται.

lefactum bibendum dato. Aut cucumim filveftrem, vino nardino vel Aminaeo macerato et ex cremore ter cyathum unum bibendum praebeto et paulatim usque ad cyathos iij progreditur. Aut feleli in potu vel cibo exhibe aut daphnoides tritum lupini magnitudine infpergens bibendum dato, ducit urinam multam. Aut corticem radicis ari ex vino. Aut fquamae aeris ℨ j, panis medulla excipito et catapotia facito ac exhibeto, fortiter aquam ducunt. Aut ♃ aeris ufti ℨ j, rutae ramulos tres, ftercoris columbae ℨ j, falis communis parum, cum vino Ephefio et aqua, ita ut tota mixtura heminae dimidiae fit, praebeto. Summe faciunt et theriacae omnes urinam cientes. Infuperque potiones aquam ducentes, quae unicuique per experientiam cognitae funt, minime periculofae. Similiter et catapotia. Caeterum hydropicos diutius ad folem, contecto capite, inungito ex oleo multo fale admixto et multa falfugine calida perfundito. Inflatos vero maxime locos veficis magnis probe inflatis quotidie continenter pulfato, inde enim arctantur ac contrahuntur. Scarificatis item ipforum talis et vulnufculis impactis, ipfos

διελὼν δὲ τὰ σφυρὰ αὐτῶν ἢ καὶ σχάσας ἐν φορείῳ αἰώρει, πολὺ γὰρ διαῤῥεῖν ὑγρὸν εἴωθεν αὐτοῖς.

[Πρὸς τὰς αὐτὰς διαθέσεις ἡ τοῦ Βιεννίου.] ℞ Κρόκου, ὀπίου, ὀποπάνακος, σμύρνης, ἴρεως, ἀκόρου, μανδραγόρου, ἀσάρου, κόστου, νάρδου Ἰνδικῆς, δαύκου Κρητικοῦ, μήου ἀνὰ ∠ η'. πεπέρεως λευκοῦ καὶ μακροῦ, γεντιανῆς, στοιχάδος, κασσίας, φοῦ Ποντικοῦ ἀνὰ ∠ η'. μέλιτι ἀναλάμβανε.

(297) Κεφ. δ'. [Περὶ τῶν ἀνωδύνων τε καὶ κωλικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων.] Τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις ἕνεκα μεγάλης ὀδύνης ἢ ἀγρυπνίας ἢ τοῦ μὴ σπαράττεσθαι χάριν διὰ βῆχα [608] βιαίαν, ὡς ἐφ' αἵματος ἀναγωγῆς ἐνίοτε γίνεται καὶ καταῤῥων χαλεπῶν, εἰώθαμεν χρῆσθαι. κατὰ μέντοι τὰ μετριώτερα τῶν εἰρημένων αἱ διὰ τῶν σπερμάτων ἰδίᾳ ὀνομαζόμεναι βηχικαὶ δυνάμεις αὐτάρκεις, ἔχουσαι μὲν πάντως τι καὶ αὗται τῶν καρωτικῶν φαρμάκων, ἀλλ' ὀλίγον ἐν πολλοῖς τοῖς σπέρμασιν, ἅπερ εὐώδη τέ ἐστι καὶ λεπτομερῆ καὶ διουρητικά. προσαγορεύουσι δὲ πολλάκις αὐτὰ

in ferculo aut lectica gestato ac circumvehito, multus enim humor hoc modo ipsis profluere solet.

[*Ad eosdem affectus confectio Biennii.*] ℞ Croci, opii, opopanacis, myrrhae, iridis, acori, mandragorae, asari, costi, nardi Indicae, dauci Cretici, mei, singulorum drachmas octo, piperis albi et longi, gentianae, stoechadis, cassiae, phu Pontici, singulorum drachmas octo, excipe melle.

Cap. IV. [*De medicamentis anodynis et colicis appellatis.*] Hujusmodi medicamentis magni doloris aut vigiliarum gratia aut ne per violentam tussim lancinemur, velut in sanguinis rejectione et gravibus distillationibus aliquando contingit, uti solemus. In moderatioribus tamen praedictis affectionibus confectiones ex seminibus, privatim tussiculares appellatae, sufficiunt, quae et ipsae omnino aliquid ex soporiferis seminibus habent, verum modicum inter multa adeo semina, quae odorata et tenuium partium ac urinam cientia existunt. Appellant autem haec medici saepe citra appellatio-

οἱ ἰατροὶ καὶ χωρὶς τοῦ προσθεῖναι τὸ τοῦ σπέρματος ὄνομα, κύμινον λέγοντες καὶ δαῦκον καὶ σέσελι, σέλινόν τε καὶ ἄνισον. αἱ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φαρμάκων συνθέσεις ἐν ταῖς βηχικαῖς ὀνομαζομέναις δυνάμεσιν εἴρηνται. τὰς δὲ τῶν ἀνωδύνων τε καὶ κωλικῶν, αἵπερ εἰσὶν ὁμογενεῖς μὲν ἐκείναις, σφοδρότεραι δὲ πολὺ ταῖς δυνάμεσιν, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ δηλώσω. πρώτη μὲν οὖν αὐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις, ἡ τοῦ Φίλωνος ἔνδοξος ἐγένετο, περὶ ἧς αὐτὸς ἐποίησε τάδε τὰ ἐλεγεῖα.

Ἡ Φίλωνος ἀντίδοτος.

Ταρσέος ἰητροῖο μέγα θνητοῖσι Φίλωνος
Εὕρεμα, πρὸς πολλάς εἰμι παθῶν ὀδύνας.
Εἴτε κόλον πάσχει τις ἅπαξ δοθὲν, εἴτε τις ἧπαρ,
Εἴτε δυσουρίῃ ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.
Ἰῶμαι καὶ σπλῆνα καὶ ὀρθόπνοιαν ἀνηρὴν,
Καὶ φθίσιν ἰῶμαι, σπασμὸν ἐνιστάμενον,
Καὶ σφαλερὴν πλευρῖτιν. ἀποπτύων δέ τις αἷμα
Ἢ ἐμέων, ἕξει μ' ἀντίπαλον θανάτου.

nis feminis appofitionem, cuminum dicentes et daucum et fefeli, apiumque et anifum. Ejusmodi igitur medicamentorum compofitiones inter tuſſiculares appellatas confectiones funt relatae, verum dolorem fedantes, anodynaeque et colicae dictae, quae ejusdem quidem generis cum illis funt, multum autem facultatibus illas exuperant, in hoc fermone oftenduntur. Prima itaque ex ipfis prifcis temporibus, ut apparet, celebris fuit, quam Philo prodidit et de qua ipfe hanc elegiam fecit.

Philonis antidotus.

En me Tarfenfis medici praegrande Philonis
Inventum, mala quod multa dolore levo.
Sive colum doleas, feu tu jecur, auxiliabor,
Seu lapis infeftet, difficile aut lotium.
Et medeor fpleni hinc, orthopnoeaeque moleftae,
Convulfa atque tabem protinus exupero.
Pleuritimque malam et fputum vomitumque cruoris
Evinco, mortis terror et hoftis ego.

Πάντα δ' ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα παύω,
Βῆχά τε καὶ πνιγμὸν, λύγγα τε καὶ κατάῤῥουν.
Γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι, μαθὼν δέ τις οὐ βραχύ μ' ἕξει
Δῶρον, ἐς ἀξυνέτους δ' οὐκ ἐπόθησα περᾷν.
Ξανθὴν μὲν τρίχα βάλλε μυρίπνοον ἰσοθέοιο,
Οὗ λύθρος Ἑρμείας λάμπεται ἐν βοτάναις.
Κρόκου δὲ σταθμὸν φρένας ἀνέρος, οὐ γὰρ ἄδηλον,
Βάλλε δὲ καὶ δραχμὴν Ναυπλίου Εὐβοέως.
Καὶ τρίτου ἐν Τρώεσσι, Μενοιτιάδαο φονῆος,
Δραχμὴν τὴν μήλων γαστέρι σωζομένην.
Ὁλκὰς δ' ἀργεννοῖο πυρώδεος εἴκοσι βάλλε,
Εἴκοσι καὶ κυάμου θηρὸς ἀπ' Ἀρκαδίης.
Δραχμὴν καὶ ῥίζης ψευδωνύμου, ἣν ἀνέθρεψε
Χῶρος, ὁ τὸν Πίσσῃ Ζῆνα λοχευσάμενος.
Πῖον δὲ γράψας, ἄρθρον βάλε πρῶτον ἐπ' αὐτῷ,
Ἄῤῥεν ἐνὶ δραχμὰς πέντε δὶς ἑλκόμενον.

Vifcera tentantes omnes ego fedo dolores,
Interna et quicquid membra dolore quatit.
Taffim, fingultum, deftillantesque fluores
Sifto, etiam fi quid ftrangulet, excipio.
Me dedit ille auctor fapienti munera magna
Difcipulo, ftupidos nil ego curo viros.
Fragrantem fulvumque pilum pueri cape, cujus
Fulget adhuc campis Mercurii ille cruor,
Pondus ad humanos fenfus perpendito prudens,
Dein drachmae pondo Nauplion Euboicum.
Inde Menoetiadae occiforis ponito drachmam,
Qui pecoris denfis ventribus excipitur.
Viginti et drachmas candentis conjice flammae,
Et totidem fabae poft fuis Arcadicae.
Et drachmam dictae falfo radicis, ab ipfa
Terra, Piffaeo quae Iove clara manet.
Cumque pion fcribes, voci caput amplius addes,
Mafculum Achivorum nominis articulum.
Indeque poft drachmas expenfae fumito lancis
Quinque bis. Atque iftaec providus excipito.

Νᾶμα δὲ θυγατέρων ταύρων καὶ Κεκροπίδαισι
Συγγενὲς, οἳ Τρίκκης, ὥς ἐνέπουσιν ἐμοί.

[*Γαληνοῦ ἐξάπλωσις τῆς Φίλωνος ἀντιδότου.*] Ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσιν ὁ Φίλων κελεύει κρόκον μὲν ∠ ε΄. ἐμβάλλεσθαι, πυρέθρου δὲ μίαν, εὐφορβίου μίαν, στάχυος νάρδου μίαν, πεπέρεως δὲ λευκοῦ καὶ ὑοσκυάμου τὸ ἴσον, ἑκατέρου ∠ κ΄. ὀπίου δὲ ∠ ι΄. οἱ μὲν οὖν πρῶτοι δύο στίχοι τὸν κρόκον δηλοῦσιν, ξανθὸν μὲν τῇ χρόᾳ ὄντα, τριχοειδῆ δὲ τῇ λεπτότητι. λύθρον δὲ τοῦ κρόκου φησὶν ἐν ταῖς Ἑρμείαις, τουτέστι ταῖς τοῦ Ἑρμοῦ λάμπεσθαι βοτάναις. ἐπειδὴ μειράκιον καλούμενον Κρόκος, ἅμα τῷ Ἑρμῇ δισκεύων, εἶθ' ἑστὸς ἀμελέστερον, ἐμπεσόντος αὐτῷ δίσκου τῇ κεφαλῇ, συνέβη μὲν ἀποθανεῖν αὐτίκα, τοῦ δ' αἵματος εἰς τὴν γῆν ἀναχθέντος, ἐξ αὐτοῦ φῦναι τὸν κρόκον. λάμπεσθαι δὲ εἶπε τὸν λύθρον, τουτέστι τὸ ἀπὸ τοῦ σφαγέντος αἷμα, [609] διὰ τὸ στιλπνὸν τῆς χρόας τοῦ κρόκου. γράφεται δὲ οὐ μόνον βοτάναις, ἀλλὰ καὶ πεδίοις ὡδί πως ὁ στίχος, Ἑρμείοις λάμπεται ἐν πεδίοις. σταθμὸν δὲ ἀξιοῖ τοῦ κρόκου πέντε δραχμὰς εἶναι, φρένας ἀνέρος εἰπὼν τὰς αἰσθήσεις, οὔσας

Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Triccae progeniesque facit.

[*Galeni explicatio antidoti Philonis.*] In his versibus Philo jubet croci drachmas quinque conjici, pyrethri unam, euphorbii unam, spicae nardi unam, piperis autem albi et hyoscyami par pondus, utriusque drach. viginti, opii vero drach. decem. Primi quidem igitur duo versus crocum indicant, ut qui fulvus colore sit et tenuis ad formam pilorum. Cruorem autem croci fulgere adhuc in campis Mercurii dicit. Adolescens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens et incuriosius consistens, illapso in caput ipsius disco, statim mortuus est, ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere vero cruorem dixit, hoc est sanguinem jam occisi, propter coloris croci splendorem. Scribitur autem non solum campis, sed et herbis in versu, hoc modo, Fulget adhuc herbis Mercurii ille cruor. Caeterum pondus croci ʒ v esse vult, quum humanos sensus perpendere jussit, qui

πέντε. ὅτι δὲ δραχμὰς πέντε βούλεται εἶναι καὶ οὔτε ὀβολοὺς οὔτε λίτρας οὔτε ἄλλο τι τοιοῦτον, ἐνδείκνυται διὰ τῶν ἑξῆς, πρῶτον μὲν εἰπὼν, μίσγε δὲ καὶ δραχμὴν Ναυπλίου Εὐβοέως, εἶθ᾽ ἑξῆς καὶ τοῖς ἄλλοις προστιθεὶς ταὐτὸν ὄνομα τὸ τῆς δραχμῆς. Ναύπλιον μὲν οὖν Εὐβοέα τὸ πύρεθρον λέγει, διότι Ναύπλιος πυρὰς μεγάλας καύσας, ὥς φασι, κατὰ τὸν τῆς Εὐβοίας λιμένα, πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐξηπάτησεν, ὡς ἐπὶ χώραν εὐλίμενον καταίροντας ἀπολέσθαι. ἐργάσασθαι δέ φασιν αὐτὸν τοῦτο διὰ τὸν τοῦ Παλαμήδους θάνατον. καὶ μὴν καὶ τὸ εὐφόρβιον, αἰνιγματωδῶς ὁμοίως τούτοις κέκληκεν εἰπὼν καὶ τρίτον ἐν Τρώεσσι, Μενοιτιάδαο φονῆος, ἐπειδὴ ὁ ποιητὴς ἐποίησε λέγοντα τὸν Πάτροκλον,

Ἀλλά με Μοῖρ᾽ ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
Ἀνδρῶν δ᾽ Εὔφορβος.

μήλων δὲ, τουτέστι προβάτων, ἐν τῇ γαστρὶ διασώζεσθαί φησι τὸ εὐφόρβιον, ὅτι μόνην ταύτην οὐ διαβιβρώσκει, καὶ διὰ τοῦτο δυνατόν ἐστιν ἀποτίθεσθαι κατ᾽ αὐτὴν τὸ φάρ-

quinque numero exiftunt. Quod vero drachmas quinque effe velit et neque obolos, neque libras, neque aliud quicquam tale, per fequentia commonftrat, primum quidem quum ait, dein drach. pondo Nauplion Euboicum. Deinde vero et confequenter cum aliis, idem drach. nomen apponit. Nauplion itaque Euboicum pyrethrum vocat, propterea quod Nauplius magnis pyris incenfis, ut aiunt, circa Euboeae portum, multos Graecorum decepit, ut perirent, tanquam ad regionem portus bonos habentem applicantes. Id ipfum vero ob Palamedis necem ipfum feciffe tradunt. At vero et euphorbium fimiliter his aenigmatice vocavit, quum ait, inde Menoetiadae occiforis ponito drachmam. Quandoquidem poëta Patroclum fic loquentem facit:

Sed me Parca ferox Latonae et filius aufert,
Atque vir Euphorbus.

Pecoris autem, hoc eft ovium ventribus excipi et affervari euphorbium ait, propterea quod hos folos non corrumpit et ob hoc in his reponi medicamentum poteft. Eft

μακον. ὀπὸς δέ ἐστι φυτοῦ τινὸς ἀκανθώδους ἐν τῇ τῶν Μαυρουσίων γῇ φυομένου, θερμότατος τῇ δυνάμει, καὶ γέγραπται περὶ αὐτοῦ βιβλίδιόν τι σμικρὸν Ἰόβᾳ τῷ βασιλεύσαντι τῶν Μαυρουσίων. ἐφεξῆς δὲ ὁ Φίλων φησὶν, δραχμὰς δ᾽ ἀργεννοῖο πυρώδεος εἴκοσι βάλλε, ὡς λευκὸν πέπερι σημαίνων. ἔστι δὲ εὐστομαχώτερον καὶ δριμύτερον τοῦ μέλανος. εἴκοσι δ᾽ ἀξιοῖ δραχμὰς ἐμβάλλεσθαι σπέρματος ὑοσκυάμου, γράψας καὶ τοῦτο αἰνιγματωδῶς, εἴκοσι καὶ κυάμου θηρὸς ἀπ᾽ Ἀρκαδίης, ἐπειδὴ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ὁ Ἡρακλῆς ἀποκτεῖναι λέγεται, κατὰ τὴν τῶν Ἀρκάδων γῆν αὐξηθέντα. νάρδου δὲ καὶ αὐτῆς ∠ α΄. ἀξιοῖ βάλλειν, ἣν ψευδώνυμον εἴρηκε ῥίζαν, ἐπειδὴ στάχυς ὀνομάζεται νάρδου. βούλεται δ᾽ αὐτὴν εἶναι Κρητικὴν, ἔνθα φησὶν, ἣν ἀνέθρεψε χῶρος ὁ τὸν Πίσσῃ Ζῆνα λοχευσάμενος, ἐπειδὴ τὸν Δία φασὶν οἱ μυθολόγοι κατὰ τὸ Δικταῖον ὄρος ἐν Κρήτῃ τραφῆναι, κρυπτόμενον ὑπὸ τῆς μητρὸς Ῥέας, ὅπως μὴ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ Κρόνου καταποθῇ. προσέθηκε δὲ τῷ Διὶ τὴν Πίσσαν, ὡς εἰώθασι πολλοὶ καὶ χωρὶς ποι-

porro euphorbium plantae cujusdam ſpinoſae in Mauruſiorum terra naſcentis ſuccus, facultate calidiſſimus, et de ipſo libellus parvus ſcriptus eſt Iubae regi Mauruſiorum. Conſequenter vero Philo ait, *viginti et drachmas candentis coniice flammae,* piper album per hoc ſignificans. Eſt autem ſtomacho commodius et acrius quam nigrum. Viginti inſuper drachmas ſeminis hyoſcyami injicere jubet, quod aenigmatice fabam ſuis Arcadicae appellat, quandoquidem aprum Erymanthium Hercules occidiſſe fertur, qui in Arcadum terra fuit connutritus. Quin et nardi ipſius drach. j conjiciendam cenſet, quam radicem falſo dictam appellat, quandoquidem ſpica nardi vere nominatur. Vult autem eam Creticam eſſe, quum ait, ab ipſa terra, Piſſaeo, quae Jove clare manet, quandoquidem fabularum ſcriptores Jovem in Dictaeo Cretae monte educatum ajunt, occultatum ibidem a matre Rhea, ne et ipſe a patre Saturno devoraretur. Appoſuit autem Jovi epitheton Piſſaei, quemadmodum multi

ητικῆς ἐν τῷ βίῳ λέγειν, μὰ τὸν ἐν Περγάμῳ Ἀσκληπιὸν, μὰ τὴν ἐν Ἐφέσῳ Ἄρτεμιν, μὰ τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνα, μὰ τὸ ἐν Ἐλευσῖνι πῦρ. ἔνιοι δὲ οὐ τὴν Κρητικὴν χώραν, ἀλλὰ τὴν Ἰνδικὴν εἰρῆσθαί φασιν, ἐξ ἧς ὁ ἐλέφας φέρεται. ἐκ τούτου γὰρ τὸ ἐν Πίσσῃ τοῦ Διὸς ἄγαλμα λελοχεῦσθαι, τουτέστι γεγενῆσθαι. τούτοις ἅπασι μίγνυσθαι κελεύει τὸν τοῦ μήκωνος ὀπὸν, εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὄπιον ἰδίως ὀνομάζεσθαι, μηδενὸς τῶν ἄλλων ὀπῶν, καίτοι παμπόλλων ὄντων κατὰ] τὸ καλούμενον οὐδέτερον γένος ὀνομαζομένων. ἐπεὶ τοίνυν τὸ ὄνομα ἐκ τῆς ο φωνῆς καὶ τῆς πίον σύγκειται, διὰ τοῦτο ἔφη

Πῖον δὲ γράψας ἄρθρον βάλε πρῶτον ἐπ' αὐτῷ
Ἄῤῥεν ἐνὶ δραχμαῖς πέντε δὶς ἑλκόμενον,

ὅπερ ἐστὶν ἔμβαλλε καὶ τοῦ ὀπίου < ι'. ὑπόλοιπον δέ ἐστιν ᾧ πάντα ταῦτα ἀναλαμβάνεται λειωθέντα, τὸ μέλι κεκλημένον ὑπ' αὐτοῦ συμβολικῶς, νᾶμα ταύρου θυγατέρων, ἐπειδὴ σηπομένων [610] τῶν ταύρων γεννᾶσθαί φασι τὰς

etiam extra poëticam in communi fermone dicere folent, per Aefculapium Pergamaeum, per Dianam Ephefiam, per Delphicum Apollinem, per Veftam Eleufiniam. Quidam vero non Creticam terram, fed Indicam indicatam effe ajunt, ex qua ebur affertur, ex hoc enim ftatuam Jovis in Piffa factam ac formatam effe. His omnibus et papaveris fuccum admifceri jubet, qui recepto a medicis more privatim opium appellatur, quum nullus aliorum fuccorum quantumvis multi fint, in neutro genere, opium videlicet, nominetur. Quando igitur ipfum nomen opion, ex voce o et pion componitur, ob id fane inquit:

Cumque pion fcribes, voci caput amplius addes
Mafculum Achivorum nominis articulum.
-Indeque poft drachmas expenfae fumito lancis
Quinque bis etc.

Hoc eft injice et opii drach. x. Supereft poftremum, quo omnia haec trita excipiuntur, ipfum mel, itidem conjecturaliter ab ipfo appellatum. Natarum tauri textura, quandoquidem ex putrefcentibus tauris apes generari tradunt. Quod

μελίσσας. Ἀττικὸν δὲ αὐτὸ βουλόμενος εἶναι, συγγενὲς ἔφη τοῖς Κεκροπίδαις, τουτέστι τοῖς Ἀθηναίοις. διὰ δὲ τοῦ τελευταίου τῶν ἐπῶν (298) δηλοῖ καὶ τοὺς Ἀσκληπιάδας οὕτως ὀνομάζειν. ἐκ Τρίκκης γὰρ τὸ γένος αὐτῶν ἐστιν, ὡς καὶ ὁ ποιητής ἐστιν· αὕτη σχεδὸν ἡ πρώτη τῶν ἀνωδύνων ὀνομαζομένων ἀντιδότων ἔνδοξος ἐγένετο. κατ᾽ αὐτὴν δὲ τὰ μὲν προσθέντες αὐτῇ, τὰ δὲ ἀφαιροῦντες ἢ ταῖς συμμετρίαις ὑπαλλάττοντες, ἐποίησαν κυρίων ἀνωδύνων ἀντιδότων ἀριθμὸν, ἃς καὶ κωλικὰς προσαγορεύουσιν, παρονομάζοντες ἀπὸ τοῦ μεγίστας ὀδύνας ἔχοντος πάθους. ἐγὼ δὲ πρώτους μὲν ἐρῶ τοὺς γενικοὺς τρόπους τῆς συνθέσεως αὐτῶν, εἶτα, ὡς εἴωθα, τὴν εὐπορίαν τῶν κατὰ μέρος ὑλῶν ὑπογράψω. τὸ μὲν οὖν ὄπιον ἰσχυρότατόν ἐστι τῶν ναρκούντων τὴν αἴσθησιν, ὕπνον τε καρώδη φερόντων. ἐργάζεται δὲ ταῦτα καὶ μόνον ἑψήματι δευθὲν, εἶτα ἀναληφθὲν διὰ κροκύδος καὶ εἰς ἕδραν ἐντιθέμενον, ἐπιχριόμενόν τε τῷ μετώπῳ καὶ τοῖς μυκτῆρσιν ἐγχριόμενον. ἐὰν δὲ μετὰ ἑτέρου τινὸς τῶν πραϋνόντων τὴν δύναμιν αὐτοῦ μιχθῇ, μετριώτε-

autem Atticum ipfum mel effe velit, ea gratia addidit, Cecropidarum, hoc eft Athenienfium. Caeterum per extremum verfum oftendit, etiam Afclepiadas hoc medicamentum fic praeparare. Ex Tricca enim generis fui originem ducunt, ex quorum ordine et poëta eft. Haec ferme prima antidotorum dolores fedantium celebris facta eft. Juxta hanc autem aliis partim ad ipfam appofitis, partim detractis, aut apponderationibus permutatis, pofteri magnum antidotorum dolores fedantium numerum fecerunt, quas etiam colicas vocant, denominatione ab affectione, quae maximos dolores habet, deducta. Ego vero primum quidem generales componendi ipfas modos referam, deinde, velut confuevi, etiam particularium materierum feriem, quantum latiffime fe expandit, fubfcribam. Opium itaque fortiffimum eft ex iis, quae fenfum ftupefaciunt ac fomnum foporiferum inducunt. Operatur autem haec etiam folum fapa dilutum, deinde tomento exceptum, ac fedi inditum, itemque fronti ac naribus illitum, fi vero cum alio quopiam vim ipfius moderante mi-

ρον ἐργάζεται ταῦτα. χρὴ δὲ εἶναι τὰ μιγνύμενα τῶν ἤτοι πέττειν ἢ πραΰνειν δυναμένων ὀδυνηρὰν διάθεσιν ἢ τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν χυμοὺς διαφορεῖν ἢ τέμνειν τε καὶ λεπτύνειν ἢ κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν ἀλλοιοῦν. οὐ μὴν οὐδὲ ἀγνοεῖν ὑμᾶς οἶμαι τὸν ἄριστον εἶναι σκοπὸν τῆς συνθέσεως, ὅταν τριῶν τις στοχάζηται, τοῦ τε ναρκῶσαι τὴν αἴσθησιν καὶ τοῦ μηδὲν ἐφ᾽ ὕστερον ἐκ τούτου διαμεῖναι παρὰ τῷ μορίῳ βλάβος, ἔτι τε τοῦ μέγιστον ὠφεληθῆναι τὴν διάθεσιν. εἰς ταῦτα οὖν ἀποβλέπων μοι δοκεῖ καὶ ὁ Φίλων συνθεῖναι τὸ προκείμενον ἐν τῷ λόγῳ φάρμακον, ἐκ μὲν τῆς τοῦ ὑοσκυάμου καὶ τῆς τοῦ ὀπίου μίξεως, ὕπνον τε καρώδη καὶ τὴν νάρκην τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως ἐργάσασθαι βουλόμενος· ὅπως δὲ ἀναδοθείη τε θᾶττον καὶ διεξέλθοι τὸ βάθος ὅλων τῶν πασχόντων σωμάτων τὰ θερμαίνοντα, πύρεθρόν τε καὶ εὐφόρβιον καὶ πέπερι μίξας διαφορεῖν δυνάμενα τοὺς βλάπτοντας χυμοὺς καὶ διαῤῥύπτειν τοὺς γλίσχρους καὶ τέμνειν τοὺς παχεῖς καὶ τὰ φυσώδη πνεύματα λεπτύνειν καὶ κενοῦν. ἔστι δ᾽ οὐκ ὀλίγον πασῶν τῶν ψυ-

fceatur, moderatius haec facit. Verum quae admifcentur ipfi, aut concoquere aut mitigare dolorofam affectionem oportet, aut humores affectionem efficientes difcutere aut incidere aut attenuare aut jutxa totam fubftantiam alterare. At vero neque ignorare vos puto, optimum effe compofitionis fcopum, qui trium conjectationi fit intentus, nimirum ut et fenfus ftupeflat et nullum in pofterum inde circa particulam detrimentum permaneat, ampliusque ut affectio ipfa maxime inde juvetur. Ad haec igitur refpiciens Philo mihi videtur hoc medicamentum, de quo jam proposuimus dicere, compofuiffe, ex opii quidem et hyofcyami mixtura fomnum foporiferum et fenfitivae facultatis ftuporem inducere volens. Quo vero citius diftribuerentur et totorum affectorum corporum profundum penetrarent, calefacientia admifcuit, pyrethrum et euphorbium et piper, quae nocentes humores difcutere poffunt et extergere vifcofos, ac fecare craffos et ventofos flatus attenuare ac evacuare. Eft autem non modica

χρῶν διαθέσεων ἐν τῇ νάρδῳ πεπτικόν. οὐ μὴν τήν γε Κρητικὴν νάρδον ἐμβάλλειν χρὴ, οὐδ᾽ ὅλως τὴν παρ᾽ ἡμῖν γεννωμένην, ἣν ὀρείαν τε καὶ ναρδίτην βοτάνην ὀνομάζουσι μᾶλλον ἢ νάρδον. ἔστι μὲν οὖν ἡ Κελτικὴ νάρδος ἀγαθὸν φάρμακον εἰς ὅσα περ ἂν καὶ ἡ Ἰνδικὴ, λείπεται δὲ αὐτῆς πάμπολυ, καθάπερ γε καὶ ταύτης ἡ ὄρειος. ὥσπερ καὶ τῶν ἀρωματικῶν ὀνομαζομένων φάρμακων τὴν νάρδον μόνην ἐνέβαλεν ὁ Φίλων, οὕτως οἱ κατ᾽ αὐτὸν ἄλλος ἄλλο προσέθεσαν, ἔνιοι δὲ καὶ πλείω. καὶ προστιθέμενα δέ ἐστι σχοίνου ἄνθος καὶ κασσία, κιννάμωμόν τε καὶ ἄμωμον καὶ κόστος. ὥσπερ δὲ αὖ πάλιν τὸν κρόκον ἐνέβαλε πεπτικὸν χυμῶν ἀπέπτων καὶ διαθέσεων φαρμακωδῶν, οὕτως ἄλλοι σμύρναν τε καὶ καστόριον ἔμιξαν. οἱ πλεῖστοι δὲ αὐτῶν καλῶς ποιοῦντες καὶ ταυτὶ τὰ συνήθη σπέρματα, περὶ ὧν εἴρηται καὶ πρόσθεν ἐν τοῖς διὰ τῶν σπερμάτων, ὡς παραμυθήσασθαι τὴν ἀηδίαν τῶν πικρῶν φαρμάκων, εἰς ἀνάδοσίν τε καὶ οὔρησιν προτρέψαι τὸ σύμπαν φάρμακον. εἰ δέ

concoctoria vis omnium frigidarum affectionum in nardo fita, verum Creticam nardum injicere non oportet, neque omnino eam, quae apud nos nafcitur, quam montanam et herbam narditen magis quam nardum appellant. Eft igitur Celtica nardus optimum medicamentum efficiens quaecunque etiam Indica nardus folet, verum ab ipfa viribus deficit, velut etiam a Celtica montana. Quemadmodum autem ex aromaticis appellatis medicamentis Philo folam nardum injecit, fic pofterorum alius aliud appofuit, aliqui etiam plura; quae vero apponuntur, funt flos junci odorati et caffia, cinnamomum, amomum et coftus. Quemadmodum autem rurfus crocum addidit, crudorum humorum concoctorium, itemque affectionum medicatarum, fic alii myrrham et caftorium admifcuerunt. Plurimi autem ex ipfis, neque male in hoc facientes, et haec familiaria femina, de quibus etiam antea in confectionibus ex feminibus conftantibus dictum eft, addiderunt, quo videlicet amarorum medicamentorum injucunditatem mitigarent et totum medicamentum ad diftributionem et urinae propulfionem inftigarent. Si vero et humo-

τι καὶ λεπτῦναι δέοι πάχος χυμῶν, καὶ τοῦτο ἐργαζόμενα, λέγω δὲ καὶ σελίνου σπέρμα καὶ κυμίνου καὶ ἀνίσου καὶ δαύκου καὶ πετροσελίνου καὶ ὅσα τοιαῦτα. προσθήσω τοιγαροῦν ἤδη καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατὰ μέρος ὑλῶν τοῖς πρὸ ἐμοῦ πεπειραμένων.

[611] [*Περὶ τῶν ὑπ' Ἀνδρομάχου γεγραμμένων κωλικῶν.*] *Πρώτη μὲν αὐτῶν γέγραπται κατὰ λέξιν οὕτως, κωλικὴ Κασσίου.* ℞ *ἀνίσου ∠ στ'. σελίνου σπέρματος ∠ ιβ'. νάρδου ∠ δ'. οἱ δὲ ∠ στ'. καστορίου ∠ γ'. πετροσελίνου ∠ δ'. οἱ δὲ ∠ γ'. πεπέρεως λευκοῦ ∠ ε'. καὶ μακροῦ ∠ ε'. σμύρνης ∠ στ'. σχοίνου ∠ γ'. ὀποῦ μήκωνος ∠ στ'. κρόκου ∠ γ'. ἀναλάμβανε μέλιτι ἑφθῷ, τινὲς καὶ κινναμώμου ∠ α'. ἢ κασσίας ∠ β'. ἡ τελεία δόσις, καρύου βασιλικοῦ μικροῦ σὺν ὕδατος θερμοῦ κυάθοις τρισὶ, τὸ δὲ ἐλάχιστον, Ποντικοῦ μικροῦ. κωλικὴ δευτέρα τῶν ὑπ' Ἀνδρομάχου γεγραμμένων ἐστὶν ἥδε, ἄλλως. ἡ Κασσίου ὡς Κρίσπος. ποιεῖ δὲ καὶ ἐπιτιθεμένη ἔξωθεν.* ℞ *ἀνίσου ∠ ιβ'. σελίνου σπέρματος ∠ κδ'. νάρδου Ἰνδικῆς ἴσον, καστορίου ∠ στ'. πετροσελίνου*

rum craffitudo attenuari expetat, etiam hoc ipfum faciunt, dico autem apii femen, cumini, dauci, petrofelini, anifi et quaecunque ejusmodi exiftunt. Apponam igitur jam et copiam ac feriem particularium materierum, a prioribus medicis ufu ac experientia cognitarum.

[*De colicis ab Andromacho confcriptis.*] Prima itaque ipfarum in haec verba fcripta eft. *Colica Caffii.* ℞ Anifi ʒ vj, feminis apii ʒ xij, nardi ʒ iiij, alii ʒ vi, caftorii ʒ iij, petrofelini ʒ iiij, alii ʒ iij, piperis albi ʒ v et longi ʒ v, myrrhae ʒ vj, junci odorati ʒ iij, fucci papaveris ʒ vj, croci ʒ iij, excipe melle cocto. Quidam etiam cinnamomi ʒ j aut caffiae ʒ ij. Datur ad fummum nucis regiae parvae magnitudo ex aquae calidae cyathis tribus, minimum nucis Ponticae magnitudo. Colica fecunda ab Andromacho fcripta haec eft. *Colica Caffii ut Crifpus. Facit et foris impofita.* ℞ Anifi ʒ xij, feminis apii ʒ xxiiij, nardi Indicae tantundem, caftorii ʒ vj, feminis petrofelini ʒ xvj, myrrhae ʒ xij, pi-

σπέρματος ∠ ιστʹ. σμύρνης ∠ ιβʹ. πεπέρεως λευκοῦ ∠ ιβʹ. καὶ μακροῦ ∠ ιʹ. σχοίνου ∠ στʹ. ὀπίου, κρόκου, κασσίας ἀνὰ ∠ ιβʹ. κόστου, ἀκόρου ἀνὰ ∠ στʹ. μέλιτι ἑφθῷ ἀναλάμβανε, δίδου καρύου Ποντικοῦ τὸ μέγεθος μεθ᾽ ὕδατος κυάθων τριῶν. αὗται μὲν οὖν αἱ προγεγραμμέναι δύο διὰ φαρμάκων συνετέθησαν, ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον. ἡ δ᾽ ἐφεξῆς ᾗ κεχρῆσθαί φησιν αὐτὸς, ἔχει τινὰ καὶ ἄλλα παρὰ τὰ πρόσθεν, ὁμογενῆ μὲν τῷ τε ὀπίῳ καὶ τῷ τοῦ ὑοσκυάμου σπέρματι, τόν τε τοῦ μανδραγόρου χυλὸν τῶν μήλων, ἤτοι τὸν τῆς ῥίζης αὐτοῦ καὶ τῶν τοῦ κωνείου. οὕτω δὲ καὶ τὸ Ποντικὸν φοῦ, τὸ μέν τι παραπλήσιον ἔχον τῇ νάρδῳ, τὸ δέ τι τῷ πετροσελίνῳ καὶ τοῖς οὐρητικοῖς σπέρμασι, τὸ δὲ τῆς ἀγρίας κράμβης σπέρμα τῶν λεπτυντικωτάτων τε καὶ ξηραίνειν καὶ διαφορεῖν ἱκανῶς δυναμένων. ἐκ δὲ τῶν οὐρητικῶν ἐστι καὶ τὸ μῆον καὶ τὸ ἄσαρον. ἡ δὲ Ἰλλυρὶς, ἣν οὐδὲ ὠνόμασεν Ἰλλυρικὴν ἶριν, πεπτικόν ἐστι καὶ λεπτυντικὸν φάρμακον. ἡ δὲ στοιχὰς ἄσηπτόν τε καὶ λεπτυντικὸν, αὐτὸ δὲ τὸ φάρμακον οὕτως ὑπὸ τοῦ Ἀνδρο-

peris albi ʒ xij et longi ʒ x, junci odorati ʒ vj, opii, croci, casliae, lingulorum, ʒ xij, colti, acori, utriusque ʒ vj, excipe melle cocto. Praebe nucis Ponticae magnitudine ex aquae calidae cyathis iij. Hae igitur praefcriptae duae confectiones ex medicamentis, de quibus paulo ante dixi, compofitae funt. Quae vero deinceps fequitur, qua fe ufum efle iplé ait, habet etiam alia quaedam praeter priora, ejusdem generis cum opio et hyofcyami femine exiftentia, velut malorum mandragorae fuccum, aut qui ex radice ipfius expreffus eft, et fuccum cicutae. Habet item phu Ponticum, quod partim nardo Celticae, partim petrofelino et urinam cientibus feminibus fimile exiftit. At vero filveftris braflicae femen ex maxime attenuatoriis eft et quae multum ficcare ac difcutere poffunt, ex urinam cientibus eft et meon et afarum. Illyris vero, quam neque nominavit iridem Illyricam, concoctorium eft et attenuatorium medicamentum. Stoechas autem a putrefactione vindicat et attenuat. Ipfum medicamen-

μάχου γέγραπται. κωλικὴ Τουλλίου ᾗ χρῶμαι. ℞ μανδραγόρας χυλοῦ τῶν μήλων ∠ η΄. ἢ τῆς ῥίζης τοῦ χυλοῦ ∠ ι΄. φοῦ Ποντικοῦ ∠ η΄. κράμβης ἀγρίας σπέρματος ∠ η΄. κωνείου χυλοῦ ∠ ιστ΄. κόστου, πεπέρεως λευκοῦ ἢ μακροῦ, σμύρνης, ὀπίου ἀνὰ ∠ η΄. ὀποπάνακος ∠ στ΄. στοιχάδος, δαύκου σπέρματος, μήου, ἀσάρου ἀνὰ ∠ ιβ΄. κινναμώμου, Ἰλλυρίδος, ἀκόρου ἀνὰ ∠ η΄. ἐφεξῆς τῶν προγεγραμμένων κωλικὴ παρὰ Ἀβασκάντου, ἣν εὗρον παρ᾽ ἐμοὶ σύμφωνον. ℞ ἀνίσου ∠ ι΄. σεσέλεως σπέρματος ∠ κ΄. πετροσελίνου, νάρδου Ἰνδικῆς, πεπέρεως λευκοῦ καὶ μακροῦ ἀνὰ ∠ γ΄. καὶ τετρώβολον, ὀπίου ∠ ι΄. σμύρνης ∠ ι΄. κυμίνου Αἰθιοπικοῦ, καστορίου ἀνὰ ∠ ε΄. σχοίνου, κρόκου ἀνὰ ∠ ε΄. μέλιτι ἑφθῷ σκεύαζε.

[Κωλικὴ θαυμαστὴ ᾗ χρῶμαι καὶ πρὸς τοὺς εἰλεώδεις καὶ οἷς κόπρος ἀνεμεῖται ἐν ταῖς μεγίσταις ἀλγηδόσιν, διδομένη ἡλίκον κύαμος ἐν κυάθοις τρισὶν ἢ τέσσαρσιν ὕδατος ψυχροῦ.] ℞ Πεπέρεως λευκοῦ, ὑοσκυάμου σπέρματος ἀνὰ ∠ μ΄. ὀπίου ∠ στ΄. κρόκου ∠ ι΄. ναρδοστάχυος, εὐφορβίου,

tum autem fic defcribitur. *Colica Tullii qua utor.* ℞ Succi, malorum mandragorae ʒ viij aut fucci radicis ejusdem ʒ x, phu Pontici ʒ viij, feminis braffícae filveftris ʒ viij, fucci cicutae ʒ xvj, cofti, piperis albi et longi, myrrhae, opii fingulorum ʒ viij, opopanacis ʒ vi, ftoechadis, feminis dauci, mei, afari, fingulorum ʒ xij, cinnamomi, Illyridis, acori, fingulorum ʒ viij. *Sequitur poft praefcriptas colica Abafcanti, quam apud me confonam reperi.* ℞ Anifi ʒ x, feminis fefeleos ʒ xx, petrofelini, nardi Indicae, piperis albi et longi, fingulorum ʒ iij et obolos quatuor, opii ʒ x, myrrhae ʒ x, cumini Aethiopici, caftorii, utriusque ʒ v, excipe ac praepara cum melle cocto.

[*Colica admirabilis, qua utor et ad volvulofos et qui ftercus furfum evomunt in magnis doloribus. Datur magnitudine fabae in aquae frigidae cyathis iij aut iiij.*] ℞ Piberis albi, feminis hyofcyami, utriusque ʒ xl, opii ʒ vi, croci ʒ x, fpicae nardi, euphorbii, pyrethri, fingulo-

πυρέθρου ἀνὰ ∠ β'. μέλιτι ἑφθῷ ἀναλάμβανε. ἄλλη ἀδιάπτωτος καὶ πρὸς πᾶσαν ἐμπνευμάτωσιν. ℞ σίνωνος, ὑοσκυάμου σπέρματος, πεπέρεως λευκοῦ ἀνὰ ∠ μ'. ὀποῦ μήκωνος ∠ κ'. κρόκου ∠ στ'. ὀποβαλσάμου ∠ γ'. μέλιτι ἑφθῷ. κωλικὴ Τερεντίου Οὐάλεντος. ℞ σίνωνος, πεπέρεως λευκοῦ, ὑοσκυάμου σπέρματος ἀνὰ ∠ μ'. ὀποῦ μήκωνος ∠ κ'. κρόκου ∠ η'. οἱ δὲ ∠ στ'. μανδραγόρου φλοιοῦ ῥίζης ∠ γ'. μέλιτος τὸ ἱκανὸν, τινὲς ὀποβαλσάμου ∠ γ'. κωλικὴ Ἀπολλωνίου. [612] ℞ νάρδου ∠ β'. καστορίου, μαράθρου, μανδραγόρας χυλοῦ, κόστου ἀνὰ ∠ α'. ἀσάρου, στάχυος ἀνὰ ∠ γ'. ὀποπάνακος ∠ α'. δαύκου Κρητικοῦ ∠ γ'. κινναμώμου ∠ ε'. πεπέρεως λευκοῦ καὶ μακροῦ, ἴρεως, σμύρνης ἀνὰ ∠ β'. Λημνίας σφραγῖδος ∠ ι'. ἀψινθίου ∠ β'. μέλιτος ἡ δόσις ∠ α'. σὺν ὕδατι. (299) κωλικὴ ὡς Νικόστρατος, ἰσόθεος καλουμένη, ἠγορασμένη ταλάντων δύο, ποιοῦσα πρὸς στομαχικοὺς, ὀφθαλμιῶντας, περιοδυνῶντας, ὑστερικοὺς πόνους, δι' ὑδρομέλιτος, πηγάνου ἐναφεψημένου. ℞ κρόκου ∠ α' S''. νάρδου ∠ β'. σμύρνης ∠ η'. κόστου, πεπέρεως

rum ʒ ij, excipe melle cocto. *Alia non inefficax, ad omnem etiam inflationem.* ℞ Sinonis, feminis hyofcyami, piperis albi, fingulorum ʒ xl, fucci papaveris ʒ xx, croci ʒ vj, opobalfami ʒ iij, excipe melle cocto. *Colica Terentii Valentis.* ℞ Sinonis, piperis albi, feminis hyofcyami, fingulorum ʒ xl, fucci papaveris ʒ xx, croci ʒ viij, alii ʒ vj, corticis radicis mandragorae ʒ iij, mellis quod fatis eft, quidam etiam opobalfami drachmas iij. *Colica Apollonii.* ℞ Nardi ʒ ij, caftorii, foeniculi, fucci mandragorae, cofti, fingulorum ʒ j, afari, fpicae, utriusque ʒ iij, opopanacis ʒ j, dauci Cretici ʒ iij, cinnamomi ʒ v, piperis albi et longi, iridis, myrrhae, fingulorum ʒ ij, Lemniae fphragidis ʒ x, abfinthii ʒ ij, excipe melle. Datur drachma una ex aqua. *Colica, ut Nicoftratus, Ifotheos appellata, empta talentis duobus. Facit ad ftomachicos, oculorum dolores et vexationes, uteri labores, ex aqua mulfa incocta ruta.* ℞ Croci fefquidrachmam, nardi ʒ ij, myrrhae ʒ viij, cofti, piperis

λευκοῦ καὶ μακροῦ, χαλβάνης ἀνὰ ∠ α΄. ὀποβαλσάμου ∠ δ΄. κινναμώμου, μανδραγόρου χυλοῦ, καστορίου ἀνὰ ∠ β΄. δαύκου σπέρματος ∠ δ΄ S″. σαγαπηνοῦ ∠ γ΄. κασσίας ∠ δ΄. μέλιτι Ἀττικῷ. κωλικὴ, ὡς Σκριβώνιος. ℞ κέρατος ἐλαφείου ἁπαλοῦ κεκαυμένου τῆς σποδοῦ ἡμίναν, πεπέρεως λευκοῦ, σμύρνης ἀνὰ ∠ β΄. λεάνας δίδου κοχλιάριον ἓν, λεάνας κοχλίαν ὠμὸν ἕνα, σὺν οἴνου κυάθοις δυσὶ καὶ ὕδατι θερμῷ. κωλικὴ ᾗ συνεχῶς ἐχρήσατο, τελέως ἀπαλλάττουσα καὶ ἀνασκευάζουσα. ℞ ζιγγιβέρεως ∠ γ΄. ἰτέας φλοιοῦ ∠ γ΄. πηγάνου κλώνια γ΄. ἢ τέσσαρα, φοινικοβαλάνων ∠ γ΄. ὕδατος κυάθους ς΄. βαλὼν ἐς πολτάριον καινὸν, ἕψε ἕως λειφθῇ τὸ τρίτον, δίδου πίνειν μετὰ τὸν παροξυσμὸν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ διαλείπων τὸ αὐτὸ ποίει, ἐπὶ ἡμέρας πλείονας ποιῶν τὸ φάρμακον. κωλικὴ Τουλλίου καλὴ, ᾗ καὶ αὐτῇ χρῶμαι. ℞ κράμβης ἀγρίας σπέρματος, φοῦ Ποντικοῦ ἀνὰ γο στ΄. πεπέρεως λευκοῦ καὶ μακροῦ, δαύκου σπέρματος, μήου ἀνὰ ∠ θ΄. καστορίου, κόστου, ὀπίου, μανδραγόρου φλοιοῦ, νάρδου Ἰνδικῆς, ἀσάρου, Ἰλλυρίδος, ἀκόρου, σμύρνης ἀνὰ ∠ στ΄.

albi et longi, galbani, fingulorum ʒ j, opobalfami ʒ iiij, cinnamomi, fucci mandragorae, caftorii, fingulorum ʒ ij, feminis dauci ʒ iiij et dimidiam, fagapeni ʒ iij, caffiae ʒ iiij, excipe melle Attico. *Colica ut Scribonius.* ℞ Cineris cornu cervi teneri ufti heminam, piperis albi, myrrhae, utriusque ʒ ij, ex tritis cochleare unum exhibeto. Et cochleam unam crudam tritam cum vini cyathis duobus et aqua calida. *Colica, qua affidue utebatur, perfecte liberans et malum extirpans.* ℞ Zingiberis ʒ iij, corticis falicis ʒ iij, rutae ramulos tres aut quatuor, phoenicobalanorum ʒ iij, aquae cyathos vj, coniicito in vafculum novum et coquito donec tertia pars fuperfit, et bibendum dato ad triduum poft irritationem et facto interftitio idem facito, ad plures dies medicamentum in potu exhibendo. *Colica Tullii bona, qua et ipfa utor.* ℞ Seminis braffica filveftris, phu Pontici, utriusque femiffem, piperis albi et longi, feminis dauci, mei, fingulorum ʒ ix, caftorii, cofti, opii, corticis mandragorae, nardi Indicae, afari, Illyridis, acori, myrrhae, fingulorum

ὀποπάνακος ∠ δ΄. κωνείου σπέρματος ∠ β΄. στοιχάδος ∠ θ΄. κινναμώμου ∠ α΄. κασσίας δαφνίτιδος ∠ ιη΄. μέλιτι ἑφθῷ, ἡ δόσις μέγεθος κυάμου Αἰγυπτίου. κωλικὴ, ἣν ἐθαύμαζεν Ἀρίστων, ὡς Διόφαντος ὁ Λύκιος. ℞ κενταυρείου χυλοῦ, καστορίου, σκίλλης ὀπτῆς, πεπέρεως λευκοῦ καὶ μακροῦ, σμύρνης, πηγάνου ἡμέρου, ὑσσώπου, ἀβροτόνου, ἴρεως Ἰλλυρικῆς ἀνὰ ∠ β΄. κρόκου, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, ἀκόρου ῥίζης, φοῦ Ποντικοῦ, ζιγγιβέρεως, ἐλλεβόρου μέλανος ἀνὰ ∠ α΄. ἀναλάμβανε ὀξυμέλιτι, ἡ δόσις ∠ α΄. μετ᾽ ὀξυμέλιτος. κωλικὴ ὡς Πούπλιος ἐν Ποτιολίῳ καὶ Ἀπολλωνίῳ. ℞ πολίου ∠ στ΄. σκορδίου ∠ ιβ΄. γεντιανῆς ∠ ε΄. πηγάνου ἀγρίου σπέρματος ∠ δ΄. ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ ∠ γ΄. μίλτου Λημνίας ∠ ε΄. σμύρνης ∠ ζ΄. ὀποβαλσάμου ∠ η΄. πεπέρεως λευκοῦ ∠ β΄ S″. κάγχρυος ∠ δ΄. περιστερεῶνος βοτάνης ∠ β΄. πενταφύλλου ∠ ε΄. μέλιτι Ἀττικῷ, δίδου καρύου τὸ μέγεθος. τὰ ὑπ᾽ Ἀσκληπιάδου γεγραμμένα πρὸς τὰ κωλικὰ πάθη. καταπαστὸν πρὸς τὰς τοῦ κώλου ἐμπνευματώσεις, Ἀντωνίου φαρμακοπώλου. τούτῳ χρώμενος εὐημέρει. ℞

ʒ vj, opopanacis ʒ iiij, feminis cicutae ʒ ii, ftoechadis ʒ ix, cinnamomi ʒ j, caffiae daphnitidis ʒ xviij, excipe melle cocto. Da fabae Aegyptiae magnitudine. *Colica, quam admiratus eft Arifton, ut Diophantus Lycius.* ℞ Succi centaureae, caftorii, fcillae affatae, piperis albi et longi, myrrhae, rutae hortenfis, hyffopi, abrotoni, iridis Illyricae, fingulorom ʒ, duas, croci, ammoniaci thymiamatis, radicis acori, phu Pontici, zingiberis, veratri nigri, fingulorum ʒ i, excipe aceto mulfo. Datur etiam ʒ i ex aceto mulfo. *Colica, ut Publius in Putiolio et Apollonio.* ℞ Polii ʒ vj, fcordii ʒ xij, gentianae ʒ v, feminis rutae filveftris ʒ iiij, fucci Cyrenaici ʒ iij, rubricae Lemniae ʒ v, myrrhae ʒ vij, opobalfami ʒ viij, piperis albi ʒ ij et dimidiam, canchryos ʒ iiij, verbenacae herbae ʒ ij, pentaphylli ʒ v, excipe melle Attico. Da magnitudinem nucis Ponticae. *Quae Afclepiades ad coli affectus prodidit. Medicamentum infperfile ad coli inflationes, Antonii pharmacopolae. Hoc ufus fanus erat.*

χρυσοβαλάνου ◁ β΄. σεσέλεως, ἀστραγάλου ἀνὰ γο β΄. Ἰλλυρικῆς, τραγοριγάνου ἀνὰ γο α΄. ταῦτα ὁμοῦ κόψας καὶ σήσας δίδου κοχλιάριον ἓν ἢ ἔλασσον ἢ πλέον μετὰ ὕδατος θερμοῦ, κυάθων τεσσάρων πρὸ τροφῆς. ἄλλο. ὀρνίθων τὰ ἐντὸς ἅπαντα ἐξελὼν καὶ βαλὼν εἰς ἄγγος κεραμοῦν ὄπτα καὶ λεάνας ἀπόθου. ἐν δὲ τῇ χρήσει δίδου κοχλιάριον α΄ S΄΄. καὶ δαύκου Κρητικοῦ κεκομμένου καὶ σεσησμένου τὸ ἴσον καὶ μελικράτου θερμοῦ κυάθους γ΄. πρὸς τὰς τοῦ κώλου ἐμπνευματώσεις, Χαρικλέους. ♃ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ ◁ στ΄. σελίνου σπέρματος ◁ ε΄. δαύκου Κρητικοῦ σπέρματος ◁ β΄. πεπέρεως λευκοῦ ◁ α΄. κόψας καὶ σήσας ἀπόθου, ἡ δόσις κοχλιάρια β΄. μεθ᾿ ὑδρομέλιτος κυάθων γ΄. [613] ἄλλο. ♃ πηγάνου ἀγρίου ξηροῦ σπέρματος, σεσέλεως Γαλλικοῦ ἀνὰ ◁ μ΄. πετροσελίνου ◁ δ΄. σίνωνος Συριακοῦ ◁ δ΄. πεπέρεως λευκοῦ ◁ β΄. κόψας καὶ σήσας δίδου καθὰ προείρηται.

[*Ἐκλεικτὸν κωλικοῖς τὸ νεκτάριον. ποιεῖ καὶ πλευριτικοῖς καὶ δυσπνοϊκοῖς, κατάγει γυναιξὶν ἔμμηνα, ἔστι δὲ καὶ πεπτικόν.*] ♃ Κυμίνου Σπανοῦ γο α΄. πεπέρεως λευκοῦ, ζιγ-

♃ Chryfobalani drachmas duas, fefelis, aftragali, utriusque fextantem, Illyricae, tragorigani, utriusque vnc. i. Haec fimul tufa et cribrata, cochlearis unius plus minus menfura, ex aquae calidae cyathis quatuor ante cibum exhibeto. *Aliud.* Gallinarum interanea omnia exempta et in vas fictile conjecta affato, ac trita reponito, ufus vero tempore cochleare unum et dimidium et feminis dauci Cretici tufi et cribrati tantundem ex aquae mulfae cyathis tribus exhibeto. *Ad coli inflationes, Chariclis.* ♃ Cumini Aethiopici ʒ vj, feminis apii ʒ v, feminis dauci Cretici ʒ ij, piperis albi drachmam unam, tufa et cribrata reponito. Dantur ex eo cochlearia duo cum aquae mulfae cyathis tribus. *Aliud.* ♃ Seminis rutae filveftris aridi, fefeleos Gallici, utriusque drach. octo, petrofelini drach. quatuor, finonis Syriaci drach. iij, piperis albi drach. duas, tufa et cribrata exhibe, ut dictum eft.

[*Eclegma colicis nectareum. Facit et pleuriticis et dyfpnoicis, deducit mulieribus menfes. Eft et concoctorium.*] ♃ Cumini Hifpani ℥ i, piperis albi, zingiberis, utriusque

γιβέρεως, ἑκάστου τὸ ἴσον, οἴνου γλυκέος ἢ Σκυβελίτου ἢ προτρόπου ξε. γ'. οἴνου Φαλερίνου ξε. α'. μέλιτος Ἀττικοῦ λίτραν α'. τὰ ξηρὰ κόπτεται καὶ σήθεται παχυτέρῳ κοσκίνῳ, εἶτα μετ' οἴνου ἕψεται ἔστ' ἂν τὸ τρίτον λειφθῇ, ἐπιβάλλεται ὁ γλυκὺς καὶ πάλιν ἕψεται. κινεῖν δὲ δεῖ κλωσὶ πηγάνου προσδεδεμένοις ῥάβδῳ ἰτέας καὶ κατειλημμένοις φλοιῷ ἰτέας. ἔχειν δὲ δεῖ καὶ δεύτερον ῥαβδίον καὶ πηγάνου κλῶνας νεαρωτέρους, ὅπως τῶν πρώτων ξηρανθέντων, κινεῖς νεωτέροις. ὅταν δὲ τὸ ὑγρὸν ἅπαξ καὶ δὶς ἀναβράσῃ, ἐπίβαλλε τὸ μέλι καὶ πάλιν ἕψε, ἔπειτα σακκίσας τὸ ὑγρὸν ἀπόθου. ἐν δὲ τῇ χρήσει δίδου μύστρα τρία πρὸ τροφῆς καὶ μετὰ τροφήν. ἄλλο. ♃ μαράθρου χυλοῦ ξε. δ'. μέλιτος Ἀττικοῦ ξε. β'. κρόκου ∠ δ'. τὸν κρόκον βαλὼν εἰς ὀθόνιον καθαρὸν ἀπόδησον, τὸν δὲ χυλὸν καὶ τὸ μέλι μίξας ἕψε βαλὼν εἰς ἄγγος κεραμεοῦν καὶ κινῶν τῷ ἀποδέσμῳ τοῦ κρόκου. ὅταν δὲ συστραφῇ, ὥστε ἀρτηριακῆς ἔχειν τὸ πάχος, τὸ μὲν κρόκον ἐκθλίψας ῥῖψον, τὸ δὲ φάρμακον ἀπόθου, ἐν δὲ τῇ χρήσει δίδου μύστρον ἓν ἢ δύο πρὸ τροφῆς.

tantundem, vini dulcis aut Scybelitae aut protropi ſextarios iij, vini Falerni ſextarium unum, mellis Attici libram unam. Arida tunduntur et cribrantur craſſiore cribro, deinde cum vino coquuntur, donec tertia pars ſuperſit, deinde affunditur vinum dulce, ac rurſus coquitur. Movere autem oportet ramulis rutae virga ſalicis exceptis et ſalicis cortice obligatis. Habenda eſt ad manum etiam altera virga ſimiliter rutae ramulos recentiores complectens, quo prioribus exiccatis, recentioribus moveas. Poſtquam autem liquor ſemel atque iterum ebullierit, injice mel, ac rurſus coque, et excolatum per ſaccum liquorem repone. Uſu expetente myſtra tria ante et poſt cibum praebe. *Alia confectio.* ♃ Succi foeniculi ſextarios iiij, mellis Attici ſextarios ij, croci drachm. iiij, crocum in linteolum purum ligato, ſuccum vero et mel mixta in vaſe fictili coquito et faſciculo croci moveto, ubi vero denſata fuerit ad arteriacae ſpiſſitudinem, crocum quidem expreſſum rejicito, medicamentum vero reponito. Uſus tempore myſtrum unum aut duo ante cibum dato.

[Ἄλλη Σκριβωνίου Λάργου τὸ διὰ τῆς ἰτέας, ἀπαλλάττει τῆς ὅλης διαθέσεως.] ℞ Ἰτέας φλοιοῦ < δ'. ζιγγιβέρεως ξηροῦ < γ'. φοινίκων καρύων ἀριθμῷ στ'. ὕδατος ξε. α' S''. ἕψε πάντα κινῶν κλωσὶ πηγάνου, καὶ ὅταν τοῦ ὑγροῦ τὸ γ'. ἀπολειφθῇ, ἔκθλιψον τὸ ὑγρὸν καὶ δίδου κυάθους β'. καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τοῦτο δεῖ ποιεῖν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ πάλιν διὰ λ'. ἡμερῶν τοῦτο ποίει, ὥστε εἶναι τοῦ ἐνιαυτοῦ πόσεις λστ'. τὸ φάρμακον ἐπ' ἐνιαυτὸν πίνεται. ἐν ἄλλαις γραφαῖς ἔχει οὕτω. ℞ ἰτέας χλωρᾶς τοῦ φλοιοῦ < ε'. ζιγγιβέρεως ξηροῦ < δ'. πεπέρεως λευκοῦ < δ'. φοινίκων πατητῶν μεγίστων ἀριθμῷ β' ἢ γ'. πηγάνου χλωροῦ κλῶνας ε'. ὕδατος ὀμβρίου ξε. γ'. ἕψε εἰς τὸ γ'. καὶ δίδου καθὰ προείρηται.

[Πακκίου Ἀντιόχου, τῆς ὅλης ἀπαλλάττει διαθέσεως.] Κέρατος ἐλαφείου νεοβλάστου, μαλακωτάτου κεκαυμένου ὥστε λευκὸν εἶναι, κοχλιάρια γ'. μείζονα τῷ μεγέθει, πεπέρεως λευκοῦ κόκκοι ι' ἢ θ'. σμύρνης ὀλίγον ὀσμῆς χάριν, ἅπαντα τρίβεται, κοχλίας Λιβυκὸς ποικίλος τῷ χρώματι, σὺν τῷ

πρώτῳ περὶ ὕλης. προάγει δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη καὶ μετὰ ταύτην ἡ σχινίνη, εἶτα πιτυΐνη καὶ ἐλατίνη, μεθ' ἃς ἀριθμοῦνται ἥ τε πευκίνη καὶ ἡ στροβιλίνη. φαίνεται γὰρ ἐν τούτοις ὁ Διοσκορίδης, ὡς περὶ φαυλοτάτης μὲν φρονῶν τῆς στροβιλίνης, ἀρίστης δὲ τῆς τερμινθίνης. ἐγὼ δὲ τῶν τριῶν ῥητινῶν τῶνδε, στροβιλίνης, ἐλατίνης, τερμινθίνης, πρώτην μὲν εἶπον ἀρίστην τὴν στροβιλίνην εἶναι κατὰ θερμότητα, δευτέραν δὲ τὴν ἐλατίνην, ὑστάτην δὲ τὴν τερμινθίνην. [716] ὥσπερ οὖν ὁ λέγων τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν οἴνων αὐστηρῶν ἄριστον εἶναι τὸν Ἰταλικὸν οἶνον, ὁ μὲν γὰρ πρὸς μίαν ποιότητα τὴν ἀναφορὰν τοῦ λόγου ποιούμενος, ὁ δὲ ἁπλῶς ὑπὲρ ὅλης ἀποφαινόμενος αὐτῶν τῆς οὐσίας, ἀληθεύει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ῥητινῶν ἀρίστην μὲν ὡς πολυχρηστότατον φάρμακον εἰκότως ἄν τις εἴποι τὴν τερμινθίνην ὑπάρχειν, οὐ μὴν ἔν γε τῇ θερμότητι πρωτεύειν. ὥσπερ οὖν ἔλεγον, ἔνεστί σοι τῷ κηρῷ μιγνύντι τῶν ῥητινῶν ἣν ἂν ἐθέλῃς, εἰς σύστασιν ἐχεκολλοτέραν ἀνάγειν τὴν ἁπλῆν κηρωτὴν, ἣ δι' ἐλαίου τε καὶ κη-

de medica materia commentario. *Ex omnibus resinis principatus terebinthinae datur, post eam lentiscinae, tum ei, quae de picea raditur et abiete, post quas pinea strobilinaque numeratur.* In his enim Dioscorides tanquam de infima strobilina, optima vero terebinthina sentire videtur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certe strobilinam calore, secundam abietinam, postremam terebinthinam esse dixi. Quemadmodum igitur qui inter Italiae vina austera optimum ponit vinum Italicum, alius ad qualitatem unam sermonem referens, alius absolute de tota ipsorum substantia pronuncians, verus deprehenditur, eadem ratione etiam inter resinas optimam tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, merito terebinthinam affirmaveris, non tamen caliditate primas obtinere. Itaque ut ajebam, licet tibi quamlibet resinam cerae miscenti simplex ceratum glutinantius efficere, quod ex oleo et cera duntaxat componimus. Hic vero ex-

Ed. Chart. XIII. [716.] Ed. Baf. II. (348. 349.)

ροῦ μόνον συντίθεμεν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῆς πείρας ἐστὶ χρεία κρινούσης τὸν στοχασμὸν ἡμῶν. ἔξεστι γάρ σοι τριπλάσιον τοῦ κηροῦ τῇ τερμινθίνῃ μίξαντι γνῶναι πότερον ἤδη σύστασιν ἐμπλαστρώδη τὸ φάρμακον εἴληφεν ἢ αὐχμηρότερόν ἐστιν ἔτι καὶ δεῖται πλείονος ἔτι ῥητίνης, ὥσθ᾽ ὅταν ποτέ σοι τὸν τρόπον τοῦτον πειρωμένῳ φανῇ συμμέτρως ἔχειν μιγνύναι τηνικαῦτα τῷ γιγνομένῳ φαρμάκῳ, τὸ δωδέκατον τοῦ εὐφορβίου. ἐὰν δὲ ἀγνοῇς πότερον ἀκριβῶς ἐστι θερμὸν τὸ εὐφόρβιον, ἢ ἀπολείπεται κατά τι τοῦ τοιούτου μετὰ τὴν σκευασίαν, ἐμπλάσας ὀθονίῳ βραχὺ τοῦ κατασκευασθέντος, ἐπίβαλλε κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κνήμης ἢ (349) πήχεως ὥραις τισὶν, εἶτα ἐὰν μέν σοι δόξῃ μετρίως θερμαίνειν, εὐκράτως ἔχειν ὑπόλαβε τὸ σκευασθέν. εἰ δ᾽ ἤτοι μηδεμίαν αἰσθητὴν ποιοῖτο θερμασίαν ἢ πυρωδέστερον εἴη τοῦ προσήκοντος, ἔξεστιν ἤτοι γ᾽ ἐκλῦσαι τὸ φάρμακον ἢ ἐπιτεῖναι· ἐκλῦσαι μὲν μίξει κηρωτῆς, ἐπιτεῖναι δ᾽ εὐφορβίου προσθέσει. ἐάν γε μὴν λιπαρὰν ἔχῃς πρόπολιν, ἐπιτηδειοτέραν ἴσθι σοι πασῶν τῶν ῥητινῶν ἐσομένην αὐτὴν, ὡς ἂν ἐπισπᾶσθαί τε

perientiae quoque utilitas eſt, quae de conjectura noſtra decernat. Potes enim ubi triplicatam ceram terebinthinae commiſcueris, intelligere, emplaſtrine ſpiſſitudinem jam medicamentum acceperit, an adhuc ſiccius ſit ac copioſiorem inſuper reſinam deſideret. Quapropter ubi hunc in modum experienti tibi mediocriter habere viſum fuerit, miſcebis tunc medicamento, quod conficis duodecimam partem euphorbii. At ſi ignores, an euphorbium exacte ſit calidum, an nonnihil a tali diſcedat, poſt confectionem linteo paululum illius medicamenti illitum tuae ipſius tibiae vel cubito horis aliquot imponito, poſtea ſi modice calefacere deprehendis, bene temperatum eſſe medicamentum arbitraberis, quod ſi vel nullum ſenſilem calorem dat vel juſto ferventiorem, integrum eſt aut medicamentum remittere aut intendere; remittere quidem mixtura cerati, intendere appoſito euphorbio. Atqui ſi propolim pinguem habeas, eam omnibus reſinis aptiorem fore tibi intelligito, ut quae va-

καὶ τοῦ βάθους ἕλκειν ἔξω πεφυκυῖαν ἀτμώδη τε πάχη πνεύματος, ὑγρότητάς τε περιττάς. αἱ μὲν γὰρ ῥητίναι μετὰ τοῦ κηροῦ τῆς ἐμπλαστρώδους συστάσεως ἕνεκεν, οὐχ ὡς ὑπὸ τὸν σκοπὸν τῆς θεραπείας πεπτωκυῖαι παραλαμβάνονται. τοῦ σκοποῦ δ᾽ αὐτοῦ τῆς ἰάσεως ἡ πρόπολις ἔχεται. καί ποτε αὐτῇ μόνῃ προσφάτῳ καθ᾽ ὑγρὸν ἐχρησάμην, ὡς ἔφην, ἐπί τινος γεωργοῦ σκληρὸν ἔχοντος σῶμα, καὶ θαυμαστὸν ὅπως ὤνητο μόνῃ χρησάμενος ἄχρι τέλους, ὡς μηδενὸς δεηθῆναι φαρμάκου, βαθύτερον ἔχοντος ἑτέρου τὸ νύγμα βραχύ τι προσέμιξα τῶν τιθυμάλλων τινὸς ὀποῦ. τοῖς μέντοι μαλακοῖς σώμασι σκληρότερον φαίνεται τὸ φάρμακον ἐν τῇ ψαύσει, πλὴν εἰ πάνυ τις αὐτὸ μαλακύνει ἐλαίου μίξει. καὶ μέντοι καὶ τἄλλα φάρμακα πάνθ᾽ ὅσα προσφέρεται τοῖς νευροτρώτοις, ὑγρὰ καὶ μαλακὰ προσῆκεν εἶναι. τὴν μὲν οὖν μαλακότητα, πᾶν ἔλαιον δύναται παρασχεῖν, τὴν δ᾽ ἰσχὺν τοῦ φαρμάκου φυλάξαι τὸ παλαιὸν ἔλαιον. ὥσπερ δὲ τὴν πρόπολιν ἐν ἀγρῷ ποτε ἐπέθηκα τῶν τότε παρόντων ὡς βέλτιον φάρμακον ἐκλεξάμενος, οὕτως καὶ τὴν ζύμην αὖθις

poroſam ſpiritus craſſitiem humoresque ſuperfluos elicere ac exalto foras ductitare ſuapte queat natura. Siquidem reſinae cum cera emplaſtri ſpiſſitudinis gratia, non tanquam curationis conſilio aſſumuntur, propolis autem curationis ipſius ſcopo continetur. Atque haec aliquando ſola, ut dixi, recenti, quantum ad humiditatem attinet, uſus ſum in agricola quodam duro corpore, ac mirum eſt, quomodo ſola adusque finem adhibita adjuverit, adeo ut nullius medicamenti praeterea venerit neceſſitas. Alteri qui puncturam profundiorem haberet tithymalli cujusdam exiguum quid liquoris admiſcui. Mollioribus vero corporibus medicamentum tactu durius apparet, niſi olei mixtura vehementer ipſum mollias. Quin et alia medicamenta omnia, quae nervorum vulneribus adhibentur, liquida et mollia eſſe convenit. Mollitiem igitur quodvis oleum conciliare, robur vero medicamenti vetus oleum tueri poteſt. Ut autem propolim in agro nonnunquam accommodavi tanquam melius medicamentum iis, quae tum affuerant, eligens, ita fermentum

ἐφ᾽ ἑτέρου, φαρμάκου μὴ παρόντος, ἐπειδὴ καὶ ταύτην τὰ ἐκ τοῦ βάθους ἠπιστάμην ἕλκουσάν τε καὶ διαφοροῦσαν. ὅσῳ δ᾽ ἂν ᾖ πλέονος χρόνου ἡ ζύμη, τοσούτῳ βελτίων ἐστίν. οὐ μόνον δὲ τὰ τοιαῦτα κατὰ τὰς ἀγροικίας εὑρίσκεται ῥᾳδίως, ἀλλὰ καὶ θεῖον ἄπυρον, ᾧ ποτε καὶ αὐτῷ ἐχρησάμην μίξας τῇ τετραφαρμάκῳ. ταύτῃ μὲν οὖν καὶ ἀφρόνιτρον καὶ Βερενίκιον λίτρον καὶ ἀφρόλιτρον τὸ μὴ λιθῶδες, ἀλλ᾽ ὄντως ἀφρόλιτρον, ὅπερ ἀφρώδη τὴν σύστασιν ἔχει, μίξας ἐχρησάμην πολλάκις, οὐ μόνον ἐπ᾽ ἀγροικίας ἀπορίᾳ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ παρόντων τῶν εἰρημένων φαρμάκων, ἕνεκα τοῦ τῇ πείρᾳ βασανίσαι μου τὴν ἐπίνοιαν καὶ διὰ μόνης τῆς τοιαύτης χρήσεως ὁ τετρωμένος ἐθεραπεύθη, καταντλώμενος δηλονότι τῷ ἐλαίῳ. τοῦτο γὰρ κοινὸν ἐπὶ πάντων ἔστω σοι τῶν ἐνταῦθα λεγομένων φαρμάκων ἁρμόττειν τοῖς νευροτρώτοις. [717] καὶ τὸ καλούμενον δὲ ὑπὸ μὲν τῶν ἰατρῶν ἀρσενικὸν, ὑπὸ δὲ τῶν ἀττικίζειν τὰ πάντα βουλομένων ἀῤῥενικὸν, ἔμιξα τῇ τετραφαρμάκῳ δυνάμει, πειραθῆναί μου τῆς ἐπινοίας βουλόμενος. αὖθις δὲ μὴ παρόντος

rurſus in alio admovi medicamenti inopia, quoniam hoc quoque in alto fixa extrahere et diſcutere ſciebam. Quanto autem vetuſtius fermentum tanto eſt praeſtantius. Porro hujusmodi res non ſolum facile in aegris reperiuntur, ſed etiam ſulphur vivum, quo nonnunquam et ipſo ſum uſus miſcens cum tetrapharmaco. Huic igitur et ſpumam nitri et Berenicium litrum et aphrolitrum non lapidoſum, ſed vere aphrolitrum, quod ſpumae conſiſtentiam habet, adjiciens frequenter uſurpavi, non modo in agris aliorum penuria, ſed etiam praeſentibus enumeratis medicamentis hoc nomine, ut animi ſenſum experientia explorarem probaremque. At vulneratus talis rei ſolo uſu convaluit, fotus videlicet oleo. Hoc enim commune tibi eſto in omnibus medicamentis, quae hic dicuntur nervorum vulneribus conducere. Jam vero et quod a medicis vocatur arſenicum, ab iis autem, qui Attice omnia volunt proferre, arrhenicum, adjunxi tetrapharmaco, quod animo conceperam, experientia volens pertentare, rurſus quum id non adeſſet,

τούτου τὴν ὀνομαζομένην σανδαράχην, ὥσπερ γε καὶ τὴν τίτανον ἐσβεσμένην τε καὶ ἄσβεστον, ἄπλυτόν τε καὶ πεπλυμένην, ὀλίγον μὲν ἐμβαλὼν τῆς ἀσβέστου, τὸ πλέον δὲ τῆς ἐσβεσμένης καὶ πλέον ἔτι τῆς πεπλυμένης. εἰρήσεται δ' ὀλίγον ὕστερον ὑπὲρ τῆς καθ' ἑκάστην σύνθεσιν ἀκριβοῦς ποσότητος, ἐὰν πρότερον ἐπέλθω ταῦθ' ἁπλᾶ πάντα καὶ τοὺς διορισμοὺς τῆς χρήσεως αὐτῶν. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ λόγῳ διὰ τοὺς ἐμπειρικοὺς ἐκ περιπτώσεως τὰ πλεῖστα τῶν συνθέτων φαρμάκων ἡγουμένους εὑρῆσθαι τὴν τῶν νευροτρώτων ἀγωγὴν ἔδοξέ μοι διελθεῖν, εὑρημένην ὑπ' ἐμοῦ χωρὶς περιπτώσεως, ἐκ τοῦ τόν τε σκοπὸν τῆς θεραπείας αὐτῶν γνῶναι καὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἐπίστασθαι τὰς δυνάμεις. ἐκ μὲν γὰρ περιπτώσεως ἕν τι τῶν ἁπλῶν εὑρίσκεται φαρμάκων, ἡ λογικὴ δὲ μέθοδος ἀθρόα τε καὶ πολλὰ τῶν ἁπλῶν εὑρίσκει καὶ συνθέσεις παμπόλλας ἐπ' αὐτοῖς. ὅσα γοῦν ἐκ βάθους ἕλκειν ἔξω πέφυκε καὶ διαφορεῖν τὰς ὑγρότητας, ἐπιτήδεια τοῖς νευροτρώτοις ἐστίν. ἐπεὶ δέ τινα τούτων ἐζευγμένας ἔχει θερμότητας ἀμετροτέρας ἢ δακνώδεις ἰσχυρῶς δριμύτητας ἢ ὀξύτητας, εὔλογόν ἐστι μιγνύειν αὐ-

ſandaracham, uti vocant, ſicut calcem reſtinctam et vivam, lotam et illotam, minus autem vivae, plus reſtinctae et plus adhuc lotae adjeci. Caeterum de exacta cujusque componendae quantitate paulo poſt dicemus, ubi haec ſimplicia omnia uſusque ipſorum diſtinctiones retulerimus. In hoc enim ſermone propter empiricos, qui ex caſu plurima compoſitorum medicamentorum inventa eſſe putant, viſum mihi eſt commemorare nervorum vulnera curandi rationem a me citra caſum repertam, inde, quod ſanationis ipſorum ſcopum et ſimplicium medicamentorum facultates cognoſcerem. Etenim ex caſu unum aliquod ſimplex medicamentum invenitur, rationalis autem methodus plurima ſimul invenit et varias ipſorum compoſitiones. Quae igitur ex alto humores educere digerereque natura poſſunt, nervorum vulneribus ex uſu ſunt. Quandoquidem vero nonnulla caliditatem immoderatam vel mordacem vehementer acrimoniam vel acidam qualitatem conjunctas habent, alia ipſis

τοῖς ἕτερα φάρμακα δυνάμενα τὰς εἰρημένας ὑπεροχὰς μετριωτέρας ἐργάζεσθαι χωρὶς τοῦ μὴ βλάπτειν τὴν δύναμιν. οὐκ ἐνδέχεται δὲ τοῦτο πράττειν ὀρθῶς ἄνευ τοῦ γινώσκειν ἑκάστου τῶν φαρμάκων οὐ μόνον τὸ γένος τῆς ποιότητος, ἀλλὰ καὶ τὸ ποσὸν ἐν αὐτῇ. τινὰ μὲν γὰρ, ὡς ἐδείκνυμεν ἐν τῇ περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων πραγματείᾳ, τῆς πρώτης τάξεώς ἐστι τῶν θερμαινόντων, ἀποκεχωρηκότα βραχύ τι τῶν εὐκράτων, ἕτερα δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς δευτέρας ἐπὶ πλέον ἀφεστηκότα, καὶ τινὰ τῆς τρίτης καὶ τετάρτης, ἄλλ᾽ ἄττα καίειν ἤδη δυνάμενα. κατὰ τὴν ἀναλογίαν οὖν τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἑκάστου φαρμάκου σφοδρότητος ἡ τῶν μιγνυμένων εὑρίσκεται δύναμις, ἐάν τις ἐπίστηται τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἁπάντων τὰς κράσεις. ἡ δὲ τῶν ἐμπειρικῶν, μόνα μιγνῦσα τὰ ὁμογενῆ, διά τε τὴν ἄγνοιαν ἑκάστου τῆς φύσεως φαρμάκου γίγνεται καὶ τοῖς ταύτην ἐπισταμένοις διὰ τὸ μὴ γινώσκεσθαι βεβαίως τὸ ποσὸν τῆς ὑπεροχῆς. ἔγωγ᾽ οὖν αὐτὸς ὃ πρῶτον ἐσκεύασα φάρμακον ἐκ πολλῶν ὁμογενῶν συνέθηκα διὰ τὸ μηδέπω γινώσκειν ἑκάστου τὸ ποσὸν

medicamenta admifceri ratio eft, quae praedictos exceffus fine virtutis offenfa temperare queant. At hoc fieri recte non poteft, nifi cujusque medicamenti non modo qualitatis genus, fed etiam quantitatem in eo cognofcas. Quaedam namque, ut oftendimus in commentario de fimplicibus medicamentis, in primo calefacientium ordine collocantur, a temperatis paululum abfcedentia, alia in fecundo magis inde declinantia, alia tertio, nonnulla quarto, quae urere jam queant. Igitur pro vehementiae virtutis cujusque medicamenti proportione mifcendorum facultas invenitur, modo fimplicium omnium temperamenta intelligas. Empiricorum haerefis fola genere confimilia propter uniuscujusque medicamenti naturae ignorantiam mifcet, et qui hanc noverunt fola eadem mifcent, quia exceffus quantitatem certo non cognofcunt. Quod itaque ipfe primum praeparavi medicamentum, ex multis ejusdem generis compofitum eft, quoniam nondum cujusque virtutis quantitatem exacte per-

τῆς δυνάμεως ἀκριβῶς. ἐνέβαλον μὲν γάρ τι καὶ ἀρσενικοῦ καὶ θείου καὶ μίσυος καὶ τιτάνου τῆς ἀπλύτου τε καὶ πεπλυμένης καὶ πομφόλυγος, ὡσαύτως καὶ σποδίου. πρὸς τούτοις δὲ καὶ λεπίδος χαλκοῦ καὶ χαλκίτεως κεκαυμένης, ἀπλύτου τε καὶ πεπλυμένης καὶ προσέτι τῆς ἀκαύστου. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ὄξει δριμυτάτῳ πολλαῖς ἡμέραις ἐν ἡλίῳ θερινῷ προελείωσα. τὰ δὲ μέλλοντα καταχεῖσθαι τούτων ὅ τε κηρὸς ἦν ἐξ ἀνάγκης καὶ μέλιτός τι βραχὺ προαπηφρισμένου καὶ αἱ ῥητίναι σχεδὸν ἅπασαι καὶ πρόπολις καὶ πίττα καὶ λάδανον. ὑγρὰ δὲ κύπρινόν τε καὶ σούσινον, ὀποβάλσαμόν τε καὶ ἀμαράκινον καὶ γλεύκινον καὶ κέδρινον, ἔλαιόν τε κίκινον καὶ παλαιόν. ἐξ ἑκάστου δέ τι σμικρὸν ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον ὀπῶν. ὕστερον δὲ ἀφαιρῶν ἄλλοτε ἄλλο πείρας ἕνεκεν, οὐδὲν ἀπολειπόμενον εὕρισκον ἕκαστον τῶν ἁπλουστέρων, οἷς ἄχρι τοῦ δεῦρο χρῶμαι. λεχθήσονται δ' αὐτῶν ὀλίγον ὕστερον αἱ συμμετρίαι. δι' ὄξους μὲν οὖν ἐσκεύαζον τὰ τοιαῦτα διά τε τῶν ὀπῶν μιγνὺς αὐτοῖς τι κηροῦ καὶ τῶν εἰρημένων ῥητινῶν καὶ προπόλεως καὶ πίττης, ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ κόπρου περιστερῶν καὶ τῶν λεπτομερῶν βο-

noſcebam. Injeci etenim nonnihil arſenici, ſulfuris, miſyos, calcis lotae et illotae et pompholygis, ſimiliter ſpodii, item ſquamae aeris, chalcitidis uſtae lotae et illotae, ad haec non uſtae. Haec igitur prius in aceto quam acerrimo diebus multis ſole aeſtivo laevia reddidi. Quae ſuperfundi his debebant, cera erat neceſſario et mellis nonnihil prius expurgati, reſinae propemodum omnes, propolis, pix et ladanum, liquida cyprinum, ſuſinum, opobalſamum, amaracinum, gleucinum, cedrinum et oleum ricininum et vetuſtum, ex ſingulis autem liquoribus, quos non multo ante recenſui, paulum aliquid. Poſtremo alias aliud auferens experientiae gratia, nihilo ſimpliciora ſingula, quibus in hunc diem utor, inferiora eſſe animadverti, ipſorum autem ſymmetriae mox ponentur. Itaque ex aceto et liquoribus talia confeci, cerae, reſinarum, propoleos et picis nonnihil adjungens, pari modo ex columbarum ſtercore et herbis te-

τανῶν. ἀλυπότερα μὲν οὖν ἐστι τὰ ὑγρὰ φάρμακα, [718] καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ἕλκεσιν, ἐξαιρέτως δὲ τοῖς κατὰ τὰ νεῦρα. χρώμεθα δὲ καὶ τοῖς ἐμπλαστρώδεσι διὰ τοὺς λούεσθαι βουλομένους. ἀφαιρεθέντων γὰρ τῶν ἐρίων, αὐτὸ μόνον ἐπικείμενον ἔχοντες τὸ τοιοῦτον φάρμακον ἀοχλητότερον λούονται. προείρηται γὰρ ὅτι μηδὲ τότε προσήκει βρέχειν ὕδασι τὸ τετρωμένον, ἐάν γε ἐν χειρὶ ᾖ. κατὰ μέντοι τὸν πόδα τῆς τρώσεως ἐπιγενομένης ἀδύνατον μέν ἐστι μὴ βρέχειν τὸ μόριον, ἀπέχεσθαι δὲ χρὴ τηνικαῦτα βαλανείου τὰς πρώτας τέτταρας ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ ἀπόλωλεν ἐν τῷ νῦν βίῳ ἡ καρτερία πάντων ἀνθρώπων, ἤδη μέχρι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς καθ' ἡμέραν εἰωθότων λούεσθαι, τοὺς μὲν μὴ πάνυ τρυφῶντας, εἶεν δ' ἂν οἱ πένητες οὗτοι, πειθομένους ἔχομεν ὡς τὸ πολὺ, τοὺς πλουσίους δὲ καὶ μάλιστα (350) αὐτῶν ὅσοι πολὺ δύνανται ἢ δυσπειθοῦντας ἢ τελείως ἀπειθοῦντας. ἄριστον μὲν οὖν ἦν μηδὲ θεραπεύειν αὐτούς. ἐπεὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως κατ' ἄλλην ἄλλος αἰτίαν οἱ μὲν ἄκοντες ἡμῶν, οἱ δὲ ἑκόντες ἀναγκάζονται τῆς μαλακίας αὐτῶν ἀνέ-

nuium partium. Minus ergo molefta funt liquida medicamenta cum aliis tum nervorum maxime vulneribus. Utimur etiam emplaftri modo compofitis propter eos, qui fe lavare volunt, lanis enim ablatis ac tali medicamento folo adhaerente minore cum moleftia lavant. Praedictum enim eft, neque tunc vulnere affectam partem aquis refpergendam, fi in manu id contigerit, pes vero, fi is laefus fit, ut non madefiat fieri non poteft, fed tunc a balneo primis quatuor diebus abftinendum eft. Quoniam vero omnium hujus tempeftatis hominum et eorum jam etiam, qui ruri degunt, fortitudo periit, qui lavare fe quotidie confueverunt, equidem qui non adeo deliciis affluunt, funt hi maxime pauperes, ut plurimum obtemperantes nobis habemus, divites vero et praefertim potentes admodum, illos vel aegre obtemperantes vel prorfus haud morigeros experimur. Optimum igitur fuerit nec ipfis mederi, verum quum nefcio quo modo alius ob aliam caufam, quidam noftrum inviti, quidam ultro ipforum mollitiem tolerare

χεσθαι, τοιοῦτόν τι ποιεῖν εἴωθα. κατὰ τοῦ τετρωμένου μέρους ἐπιτιθεὶς τῶν ἐμπλαστρωδῶν τι φαρμάκων, ἔξωθεν αὐτοῦ πάλιν ἐπιβάλλω πολυπτύχους ὀθόνας πλέονας ἐλαίῳ διαβρόχους, αἷς αὖθις ἔξωθεν ἐπίδεσμον ἐξ ὀθόνης ἐπιβάλλω, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐν αὐτῷ τῷ βαλανείῳ προκαταχέω τὸ ἔλαιον τοῦ ἐπιδέσμου, μέλλοντος εἰς τὴν πύελον ἐμβαίνειν τοῦ νευροτρώτου καὶ δηλονότι λουσαμένου, τὰ μὲν ἐπικείμενα πάντα ἀποβάλλω, χρῶμαι δὲ τῇ προειρημένῃ τῆς ὅλης θεραπείας ἀγωγῇ. εὔδηλον δ' ὅτι καὶ τῆς τῶν μορίων φύσεως ἔμπειρον εἶναι χρὴ τὸν μέλλοντα καλῶς προνοήσασθαι τῶν νευροτρώτων. εἴρηται γὰρ ἔμπροσθεν ὅτι καὶ οἱ τένοντες, εἰς οὓς οἱ πλεῖστοι τῶν μυῶν τελευτῶσι, συμπαθείας οὐ μικρὰς ἐπιφέρουσι, πρῶτον μὲν τοὺς σπασμοὺς γεννῶντες, ὕστερον δὲ σηπόμενοί τε αὐτοὶ καὶ τὰ πλησιάζοντα πάντα συνδιαφθείροντες. ἔνιοι δ' αὐτῶν ὡς ὑμένες εἰσὶ λεπτοὶ καὶ πλατεῖς, ὁποῖοι κατά τε τὰ πρὸς τοῖς γόνασι τέλη τῶν μηρῶν ἔνδον τε τῶν χειρῶν καὶ κάτω τῶν ποδῶν ὑποτέτανται. πάντες γὰρ οὗτοι τοῦ δέρματος ψαύ-

coguntur, tale quippiam factitare confuevi, vulneratae parti medicamentum aliquod in emplaftri modum imponens, extrinfecus iterum multiplices pannos oleo tinctos plures fuperinjicio, quibus rurfum extrinfecus fafciam ex linteis accommodo, quam deinde in ipfo rurfus balneo, quum aeger in folium eft ingreffurus, oleo prius perfundo et loto videlicet jam omnia impofita aufero utorque praedicto totius curationis genere. At vero patet omnibus eum, qui pulchre nervorum vulneribus profpecturus eft, etiam partium naturae peritum effe oportere. Nam antea comprehenfum eft, tendines pariter, in quos mufculi plurimi definunt, non mediocriter condolefcere, primum quidem convulfionem generantes, dein putrefcentes et ipfos vicinas fimul partes univerfas inficere. Nonnulli autem eorum, ceu membranae tenues latique funt, quales in femorum terminis ad genua fpectantibus, tum intra manus infraque pedes fubtenfi funt. Omnes enim, qui in manibus pedibusque funt, fatis qui-

Ed. Chart. XIII. [718.] Ed. Baf. II. (550.)

ουσι, συμφυεῖς μὲν ἱκανῶς οἱ κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ὄντες αὐτῶν, κατὰ δάρσιν δὲ ἀπολυόμενοι τοῦ περικειμένου δέρματος οἱ καθήκοντες εἰς τὴν μύλην. ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο συνέβη κατὰ τύχην, ἐπενόησα μὲν γὰρ τὴν ἀγωγὴν τῶν νευροτρώτων ἔτι νέος ὢν, ἡνίκα πρῶτον ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπανῆλθον εἰς τὴν πατρίδα γεγονὼς ἔτος ὄγδοον ἐπὶ τοῖς εἴκοσι. ἐπεὶ δ᾽ ἕκαστον ὧν ἐπενόησα φαρμάκων ἔδωκα τοῖς φίλοις ἰατροῖς, οὐ μόνον τοῖς πολίταις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀστυγείτοσιν ἕνεκεν τοῦ βεβαιωθῆναι πάντα τῇ πείρᾳ· δόξαν δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῷ κατὰ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχιερεῖ, τὴν θεραπείαν ἐγχειρῆσαί μοι μόνῳ τῶν μονομάχων καίτοι νέῳ τὴν ἡλικίαν ὄντι. τοῦ γὰρ ἐνάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἠρχόμην, τηνικαῦτα τοὺς τρωθέντας κατὰ τὸ πρόσω τε καὶ κάτω μέρος τοῦ μηροῦ διὰ τῆς ἐπινενοημένης ἀγωγῆς ἐθεράπευσα, τῶν μὲν ἐγκαρσίαν ἐχόντων τὴν πληγὴν τὸ τοῦ τένοντος ὑπόλοιπον ἐντέμνων αὐτὸς, ὡς ἀκίνδυνον εἶναί μοι τὴν θεραπείαν, τῶν δὲ τὸ μικρὸν ἢ ὄρθιον ἐχόντων τὸ τραῦμα, σὺν ἀσφαλείᾳ τε ἅμα καὶ δέει τὴν ὅλην ἀγωγὴν ποιούμενος. τῶν γὰρ πρὸ ἐμοῦ πάντων

dem coëuntes cutem contingunt, qui vero in patellam perveniunt a circumpofita cute, per excoriationem abfcedunt. Mihi etiam hoc forte fortuna contigit, etenim nervorum vulnerum curationem juvenis adhuc, quum primum ex Alexandria in patriam reverterer, annos vigintiocto natus, excogitavi. Quia vero fingula medicamenta, quae adinveneram medicis amicis non folum civibus, fed etiam vicinis exhibueram, ut omnia ufu ac experimentis firmarentur, vifumque erat, haud novi quomodo, civitatis noftrae pontifici gladiatorum curationem mihi foli tradere, quamvis juveni adhuc, vigefimum nonum enim tum primum attingebam, tunc vulneratos in priore infernaque femoris parte invento praefidio curavi, in iis fane qui per transverfum percuffi erant, reliquum tendinis ipfe amputans, ut tuta effet mihi curatio, qui vero parvum vel per directum vulnus acceperant, cum fecuritate fimul et metu totam fanandi deductionem exercens. Nam quum omnes ante nos

ἰατρῶν, ἐπὶ πλεῖστόν τε καταντλούντων αὐτοὺς ὕδατι θερμῷ καὶ καταπλαττόντων ἀλεύρῳ πυρίνῳ, δι᾽ ὑδρελαίου συμμέτρως ἑψημένῳ, τὸ μὲν ὕδωρ οὐδ᾽ ὅλως προσήνεγκα, τῷ δὲ ἐλαίῳ πολλάκις καταιονῶν ἅμα τοῖς εἰρημένοις φαρμάκοις, ὑγιεῖς πάντας ἐν τάχει εἰργασάμην. κατὰ τύχην δὲ πολλῶν τεθνεώτων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔτεσιν, ἐμοῦ δὲ οὔτε τῶν ὡς εἴρηται τετρωμένων ἀποθανόντος τινὸς [719] οὔτ᾽ ἐξ ἄλλου τραύματος, ὁ μετὰ τὸν ἐγχειρίσαντά μοι τότε τὴν θεραπείαν δεύτερος ἀρχιερεὺς, ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε τὴν ἐπιμέλειαν τῶν μονομάχων μετὰ μῆνας ἑπτὰ μέσους. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος περὶ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ὁ δὲ δεύτερος ἀκμάζοντος τοῦ ἦρος ἠρχιερεύσατο. πάλιν δ᾽ ἐπὶ τούτῳ σωθέντων ἁπάντων ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος καὶ πέμπτος ὡσαύτως ἐνεχείρισάν μοι τὴν θεραπείαν τῶν μονομάχων, ὥστε πολλὴν βάσανον ἔχειν τῆς ἀγωγῆς. ἐν δὲ δὴ χρόνῳ τούτῳ καὶ τοιοῦτον ἐπενοήθη μοί τι, καὶ μάλιστα αὐτῷ προσέχειν χρὴ τὸν νοῦν ἐκείνους τῶν ἰατρῶν, ὅσοι τραυμάτων θεραπείαν ὀρθῶς βούλονται μεταχειρίζεσθαι. θεασάμε-

medici plurimum aqua calente ipfos foverent et triticea farina ex hydrelaeo modice decocta illinirent, ego fane aquam omnino non obtuli, oleo autem frequenter refpergens fimul cum praedictis medicamentis ftatim omnes fanitati reftitui. Quandoquidem vero multi fuperioribus annis fortuito perierunt, mihi tamen ne quidem unus vel ex nervorum vulnere vel alio mortuus eft, alter pontifex fuccedens illi, qui mihi tum medendi officium commiferat, fimiliter et ipfe a feptem menfium intervallo gladiatorum curationem fidei meae concredidit, fiquidem primus autumnali folftitio, fecundus vigente vere, pontificatum geffit. Rurfus poft hunc omnibus a me fervatis, tertius, quartus et quintus, pari modo gladiatores mihi curandos tradiderunt, ut jam permultum illam medendi curationem exploratam habeam. Quin etiam hoc tempore tale quid induftria invenimus, cui animum advertere maxime illos medicos convenit, qui vulnerum curationem recte adminiftrare cupiunt. Contem-

νος γάρ τινα μονομάχων τῶν καλουμένων ἱππέων ἐγκαρσίαν ἔχοντα διαίρεσιν, ἄχρι βάθους πολλοῦ κατὰ τὰ πρόσω τε καὶ κάτω τοῦ μηροῦ καὶ τὸ χεῖλος ἰδὼν τοῦ τραύματος, ἄνωθεν μὲν τὸ ἕτερον ἀνεσπασμένον, κάτω δὲ θάτερον, ὡς ἐπὶ τὴν μύλην κατεσπασμένον, ἐτόλμησα τῆς κατὰ πλάτος ὀνομαζομένης ἀγωγῆς ἀποστὰς, συναγαγεῖν ῥαφαῖς πρὸς ἄλληλα τὰ διεστῶτα μέρη τῶν μυῶν. εὐλαβηθεὶς οὖν συνδιαῤῥάπτειν αὐτοῖς τοὺς τένοντας, ἀποδείρας πρότερον ἐκείνους, οὕτως ἐχρησάμην διὰ πολλοῦ βάθους ταῖς ῥαφαῖς, εἰδὼς ἀκίνδυνον μὲν εἰς αὐτὸ τὸ σαρκῶδες μυῶν, τὸν κίνδυνον δὲ ἐκ τῶν τενόντων γινόμενον, οὐδὲ τοῦτό τινα τῶν διδασκάλων ἑωρακὼς ποιοῦντα. τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς τοιαύταις τρώσεσι τὰ τοῦ δέρματος χείλη μόνα συνέῤῥαπτον, ἔνιοι δὲ κατὰ τὰ σαρκώδη τοὺς μῦς αὐτοὺς τολμῶντες ῥάπτειν, ἐπιπολῆς αὐτῶν ἐποιοῦντο τὴν συναγωγὴν, ὥστε εἴ ποτε μέχρι βάθους συχνοῦ τὸ τραῦμα διῆκον ἐγεγόνει μὴ κατὰ τὸ μῆκος τοῦ κώλου, τὸ μὲν ἐπιπολῆς τοῦ μυὸς κολλᾶσθαι, τὸ δ᾽ ἄλλο πᾶν ἀκόλλητον μένειν. ἐπὶ μὲν γὰρ

platus enim gladiatorum quendam ex iis, quos equites nominant, transverfam divifionem in priore ac inferiore femoris parte habentem eamque fatis altam, ac vulneris labrum intuitus, furfum alterum revulfum, infra alterum quafi ad patellam detractum, non dubitavi diftantes invicem mufculorum partes futuris contrahere, curatione illa, quae per latitudinem dicitur, neglecta. Itaque veritus tendines ipfis confuere, denudatis prius illis fic altioribus futuris ufus fum, haud ignarus carnofam ipfam mufculorum partem periculo vacare, tendines vero non item, quamvis hoc nullum ex praeceptoribus facientem viderim. Quidam fiquidem ipforum in hujusmodi vulneribus folas cutis oras confuebant, nonnulli in carnofis partibus mufculos ipfos fuere aufi, id in fuperficie ipforum facere folebant, proinde fi quando vulnus infigniter altum non fecundum membri longitudinem contigerit, fummam quidem mufculi partem glutinabant, reliquam vero totam inglutinatam relinquebant.

τῶν κατὰ τὸ μῆκος τοῦ κώλου τραυμάτων ἡ ἐπίδεσις ἱκανὴ συναγαγεῖν ἀλλήλοις τὰ μέρη τοῦ τετρωμένου μυός· ἐφ᾽ ὧν δὲ ἐγκάρσιον γίγνεται τὸ τραῦμα, τῆς ἐπιδέσεως οὐδὲν ὠφελῆσαι δυναμένης, ἐκ μόνης τῆς ῥαφῆς τὸ σύμπαν περαίνεται. ταῦτ᾽ οὖν ἐὰν μὴ διὰ βάθους ποιῆταί τις, ἀκόλλητα διαμένει τὰ κατὰ τόδε μέρη τοῦ μυός. ἐπιτευχθέντος δέ μοι τοῦ ἔργου, μιγνύμενοί τινες ταὐτὸ τῶν ἀπείρων ἀνατομῆς ἁπάντων μυῶν ὑποδέρουσι τοὺς ὑποκειμένους ὑμένας, οὐκ εἰδότες ἀκινδύνως μὲν τούτους ἅμα τοῖς μυσὶ συῤῥάπτεσθαι, κινδυνωδέστατα δὲ τοὺς ὁμοίως αὐτοῖς πεπλατυσμένους τένοντας. ἀλλ᾽ ὅπως ἂν αὐτοὶ πλατυνθῶσιν, ὅμως ἔτι παχύτεροί τε τῶν ὑμένων εἰσὶ καὶ σκληρότεροι. λεπτοὺς δ᾽ ἱκανῶς τένοντας ὄψει κἀν τοῖς κατ᾽ ἐπιγάστριον μυσὶν ἅπασι πλὴν δυοῖν τῶν ὀρθίων, οἷς αἱ τῶν λοξῶν ὑμενώδεις ἀπονευρώσεις ἐπιβέβληνται. ἄλλος δὲ τένων οὐδεὶς παρὰ τοὺς εἰρημένους ὑμενωδῶς πλατύνεται. διασώζουσι γὰρ ἅπαντες οἱ πλατυνόμενοι πάχος ἱκανὸν, ὡς μηδένα λαθεῖν. ἥ γε μὴν συμπάθεια τῶν ὑπερκειμένων μερῶν ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῶν

Etenim in vulneribus juxta membri longitudinem factis deligatura vulnerati mufculi partibus invicem contrahendis fufficit, per transverfum vulneri accepto, cum deligatura nihil prodeffe poffit, ex fola futura totum abfolvitur, has igitur nifi quis altas faciat, mufculi in profundo partes inglutinatae permanent. Caeterum nonnulli opus a me confectum imitantes anatomes imperiti ab omnibus mufculis fubjectas membranas avellunt, nefcientes has fimul cum mufculis tuto confui, tendines autem fimiliter ipfis dilatatos non mediocri cum periculo. Verum quomodocunque illi dilatati fuerint, tamen craffiores adhuc durioresque membranis funt, tenues abunde illos videbis et in omnibus juxta abdomen mufculis, praeterquam duobus rectis, quibus obliquorum membranofae aponeurofes, ii funt nervofi ex musculis exortus, incumbunt. Alius tendo nullus praeter enumeratos membranae modo dilatatur, quippe fervant omnes, qui dilatantur craffitudinem magnam fatis, ut neminem latere queant. Atqui confenfus fuperpofitarum partium usque

Ed. Chart. XIII. [719. 720.] Ed. Baf. II. (350.)

νεύρων αὐτῆς οὐδὲν ἧττον τοῖς κατὰ τὸ πέρας τοῦ μηροῦ τοῖς τε εἰς τὸν ἀγκῶνα τοῦ πήχεως ἐνδυομένοις μυσὶ καὶ τοῖς εἰς τὴν πτέρναν γίγνεται. πλατύνονται μὲν οὖν ἑκατέροις οἱ τένοντες, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φυλάττειν πάχος ἀξιόλογον, ἐπὶ δὲ τῆς πτέρνης ἔτι μᾶλλον, ὁ καθήκων ἐκ τῆς γαστροκνημίας τένων εὔρωστός τε φαίνεται καὶ παχὺς, ὡς ἂν ἐκ τριῶν ἀπονευρώσεων συγκείμενος. ἐλελήθει δὲ καὶ τοῦτο τοὺς ἐμοῦ πρεσβυτέρους ἀνατομικοὺς, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ κατά τε τοὺς μῦς ὅλους καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι κατὰ φλέβας τε καὶ ἀρτηρίας καὶ νεῦρα. πολλοὶ δὲ καὶ ἤδη τῶν ἐμῶν ἑταίρων ἴσασιν ἅπαντα ταῦτα καὶ δεικνύουσι τοῖς μαθηταῖς, ἀναγινωσκομένων τῶν ἐμῶν ἀνατομικῶν βιβλίων. ἐμνημόνευσα δὲ τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων οὐδὲν, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, [720] κοινὸν ἐχόντων τῇ περὶ συνθέσεως φαρμάκων πραγματείᾳ, δεδιὼς δ᾽ ἐκ τῆς τοιαύτης ἀγνοίας ἁμαρτάνοντας ἤτοι γε ὑποπτεῦσαι τὴν ἀγωγὴν ὅλην ἢ μάτην ἀποδέρειν τοὺς ὑμένας εὐλαβουμένους τὴν ἐξ αὐτῶν ὧν ὑπονοοῦσι ψευδῶς ἐσομένην βλάβην· ὥσπερ ἕτεροί τινες οὐκ

ad ipfum nervorum principium non minus quam iis, qui juxta femoris articulum, mufculis tum in cubiti gibberum tum in calcaneum infertis, accidit. Dilatantur itaque utriusque tendines, fed ita, ut craffitudinem notandam retineant, calcis tendo ex fura defcendens magis adhuc robuftus crasfusque ceu ex tribus nervofis exporrectionibus compofitus apparet. Latuit autem hoc aetate nobis majores anatomicos, ficut et pleraque alia in totis mufculis, ac multo etiam magis in venis, arteriis et nervis. Multi vero jam ex meis fodalibus etiamnum haec omnia noverunt et difcipulis oftendunt, libris meis anatomicis perlectis. Memini fane ex anatome evidentium nihil, ut quis putaverit, commune cum opere de medicamentis componendis habentium, timens ne ex hujusmodi infcitia errantes vel univerfam curandi rationem fufpectam haberent vel fruftra membranas avellerent fugientes inde, ficut falfo exiftimant, noxam futuram. Quemadmodum alii quidam, quum non valeant ligamenta

εἰδότες γνωρίζειν τοὺς συνδέσμους, ὁμοίως ὑποπτεύουσι τοῖς νεύροις τε καὶ τένουσι τιτρωσκομένοις, (351) ἀκινδύνους ὄντας αὐτοὺς, ὅτι ἂν πάσχωσιν, ὡς ἀναισθήτους τε ὄντας, ἐξ ὀστῶν τε τὴν γένεσιν ἔχοντας, οὐκ ἐκ μυῶν, ὥσπερ οἱ τένοντες, ἢ ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, καθάπερ τὰ νεῦρα. κάλλιστα τοίνυν ὥσπερ ἄλλα πολλὰ καὶ ἐπὶ τούτων εἰρήκασιν ἰατροὶ πολλοὶ τῶν δοκιμωτάτων, ὡς ἀλλήλων δεῖται τὰ μέρη τῆς ἰατρικῆς, τό τε χειρουργικὸν λέγω καὶ φαρμακευτικὸν καὶ διαιτητικὸν, καὶ μάλιστά γε τὸ κατὰ χειρουργίαν ἀμφοτέρων τῶν ἄλλων. ἐὰν οὖν ἐπὶ τῶν πιθήκων ἴδῃς πολλάκις ἑκάστου τένοντος καὶ νεύρου θέσιν τε καὶ μέγεθος, ἀκριβῶς μνήσῃ, κἂν ἀνθρώπου ποτὲ σώματος ἀνατομῆς εὐπορήσῃς, ἕκαστον ὡς ἐτεθέασο ταχέως εὑρεῖν. ἀγύμναστος δὲ παντάπασιν ὢν οὐδὲν ἂν ἐκ τῆς τοιαύτης εὐπορίας ὠφεληθείης, ὥσπερ οὐδ᾽ οἱ κατὰ τὸν Γερμανικὸν πόλεμον ἰατροὶ ἔχοντες ἐξουσίαν ἀνατομῆς σωμάτων βαρβαρικῶν ἔμαθόν τι πλέον ὧν οἱ μάγειροι γινώσκουσιν. ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐμπειρικῶν κατὰ περίπτωσιν ἀνατομὴ λῆρός ἐστι μακρὸς, ὅμοιος

cognofcere, ea tanquam nervos et tendines vulneratos fufpecta habens, a periculo alioquin remota, quomodocunque afficiantur, utpote infenfilia et ex offibus, non ex mufculis ficut tendines orta vel ex cerebro fpinalique medulla, ut nervi. Optime igitur velut alia pleraque etiam in his permulti medici clariffimi dixerunt, medicinae partes mutuam opem requirere, eam dico chirurgicem quae manu, pharmaceuticen quae medicamentis et diaeteticen quae victu medetur, ac fane maxime illam, quae manu curat reliquis duabus indigere. Itaque fi frequenter in fimiis cujusque tendinis et nervi pofitum ac magnitudinem contempleris, exacte poteris, etiam fi humani corporis incidendi copia tibi unquam fuppetet, fingula ut vidifti celeriter invenire; quod fi inexercitatus omnino facias, nihil inde promovebis. Quemadmodum nec medici bello Germanico, barbarorum corporum infectionis poteftatem habentes amplius quippiam didicerunt iis quae coqui intelligunt. Etenim empiricorum anatome cafu contingens prolixum nugamentum eft, fimile

ταῖς παρακεντουμέναις αἰξὶν ὁλοσχοίνοις ὀξείαις. ἔτι δὲ ληρωδεστέρα ταύτης ἡ διὰ τῶν ἀνατομικῶν συγγραμμάτων μάθησις ἐοικυῖα τοῖς κατὰ τὴν παροιμίαν λεγομένοις ἐκ βιβλίου κυβερνήταις. ὅπου γὰρ οἱ θεασάμενοι σαφῶς ὑπὸ διδασκάλου δεικνύμενα τὰ κατὰ τὸ σῶμα νεῦρα καὶ τοὺς τένοντας αὐτῶν, εἰ μὴ καὶ δεύτερον ἴδοιεν αὐτὰ καὶ τρίτον καὶ πολλάκις ἐφεξῆς, οὐ μνημονεύουσιν ἀκριβῶς τὸν τόπον ἐν ᾧ κεῖνται, σχολῇ δ' ἄν τις ἀναγνοὺς δυνηθείη μαθεῖν. ὁ γοῦν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐμπειρικῶν ἄριστος ἀνεγνωκὼς τὰ πάντα τῶν ἀνατομικῶν βιβλία, νύξαντός ποτε γραφείῳ παιδίου ἐν διδασκαλείῳ κατὰ τὴν ἐντὸς τοῦ βραχίονος χώραν, ὑπεράνω τῶν μέσων αὐτοῦ μερῶν, ἐπιθεὶς τῶν ἐμπλάστρων φαρμάκων οὗ πεῖραν ἔναγχος ἐσχήκει τεθεραπευκότος νευρότρωτον ἀφλέγμαντόν τε καὶ ἀνώδυνον ὁρῶν ἐπ' αὐτῷ τὸ παιδίον, ᾤετο τεθεραπεῦσθαι τελέως, ἀλλ' ἐξαίφνης γε κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀπέθανε σπασθέν. ὡς οὖν ὡς δυσαιτιολόγητόν τε καὶ ἄπορον διηγεῖτό μοι τὸ γεγονὸς, ἀξιώσαντός μου τὴν γραφὴν ἀναγνῶναι τῆς τοῦ φαρμάκου

capris quae juncis manualibus conpunguntur. Hac nugacior eſt ex libris anatomicis inſtitutio non abſimilis iis, qui ſecundum paroemiam ex libro gubernare dicuntur. Quandoquidem enim contemplati palam a praeceptore oſtenſos in corpore nervos et tendines ipſorum, niſi denuo eos videant et tertium et ſaepius deinceps, loci accurate, in quo poſiti ſunt non meminere, multo minus ex lectione poterunt addiſcere. Itaque hujus tempeſtatis empiricorum optimus, quum libros omnes anatomicorum perlegiſſet, puerum ſtilo in interiore brachii regione, ſupra medias ipſius partes, in ſchola quandoque punctum medicamento emplaſtico curare aggreſſus eſt, cujus experientiam ex nervi vulnere curatio paulo ante acceperat, puerumque ob id ab inflammatione ac dolore immunem videns, in totum curatum putabat, verum repetente ſeptimo die convulſus periit. Ille igitur quum factum, quaſi cujus ratio aut cauſa dari non facile poſſet, nobis recenſeret, ego vero medicamenti com-

συνθέσεως, ὁ μὲν ἑτοίμως τοῦτ᾽ ἔπραξεν, ἐγὼ δ᾽ εὐθέως ἔφην αὐτῷ ταῦτα. μήτι μοι διηγούμενος ἄρτι τὰ συμβάντα τῷ νεοτρώτῳ παιδίῳ, πλέον ἄλλο τι τῇ διηγήσει προσέθηκας ἢ ὅτι πεῖραν ἐσχήκεις ἔναγχος τοῦ φαρμάκου θαυμαστῶς ἐκθεραπεύσαντος παῖδα νεότρωτον; ὡς δ᾽ ὡμολόγει μηδὲν ἄλλο προστεθεικέναι τῷ λόγῳ, πάλιν οὖν, ἔφην, ἄκουσον παρ᾽ ἐμοῦ λέγοντός σοι τὸ γεγενημένον. ἀξιόλογον ἦν τὸ τραῦμα τοῦ τὸ νεῦρον βαλόντος, ὃ φῂς ὑπὸ τοῦ φαρμάκου θεραπευθῆναι τούτου, καὶ θαῤῥῶν γε καὶ αὖθις αὐτῷ χρῶ κατὰ τῶν τοιούτων τραυμάτων. νύγματα δὲ νεύρων στενὴν ἔχοντα τὴν τοῦ δέρματος διαίρεσιν οὐχ οἷόν τε θεραπεύειν ἐστὶ φάρμακον τοιοῦτο, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τὰ νύγματα θεραπεῦον αὐτῷ τῷ νεύρῳ γυμνῷ προσαγόμενον. ἔστι γὰρ πολὺ θερμότερόν τε καὶ δακνωδέστερον ἢ ὡς γυμνὸν νεῦρον ἀνασχέσθαι τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ δήξεώς τε καὶ φλογώσεως. ἔνθα μέντοι καὶ δέρμα καὶ ὑμὴν ἐπ᾽ αὐτῷ καί που καὶ σὰρξ πρόκειται τὸ δακνῶδες φάρμακον, ἐὰν καὶ λεπτομερὲς ᾖ, τὴν αὐτὴν θεραπείαν ἐργάζεται πρὸς τὸ νεῦρον, ἣν τὸ σὸν φάρ-

pofitionis fcripturam recitaret poftulaffem, ei quum id ftatim egiffet, haec protinus fubjeci, nunquid recenfendo, quae puero nervum vulnerato contigerunt, plus aliquid narrationi adjecifti quam quod medicamenti mirifice puerum recens vulneratum curatis experimentum habueras? Ut autem ille confeffus eft, nil fe aliud fermoni addidiffe, rurfus igitur, inquam, audi a me quid geftum fit. Notabile vulnus erat nervi percuffi, quod medicamento hoc curatum effe dicis, et quidem audacter in id genus vulneribus iterum eo utitor, puncturas autem nervorum anguftam cutis divifionem habentes tale medicamentum fanare non poteft, ficut nec id quod puncturis medendis dicatum eft, ipfi nervo nudo adhibitum, quippe multo calidius eft magisque mordet quam ut nudus nervus mordicationem ejus et ardorem fuftineat. Ubi vero et cutis et membrana fuper ipfo, item caro praepofita eft, mordax medicamentum, fi tenuium etiam partium fit, eadem ratione nervo medetur,

μακον, ὅταν αὐτοῦ μόνου ψαύῃ γυμνοῦ τοῦ πεπονθότος νεύρου. χρὴ δὲ περὶ παντὸς ποιεῖσθαι τὸ στόμιον ἀνεῷχθαι τῶν στενῶν νυγμάτων, [721] ἵνα ἐξατμίζῃ δι᾽ αὐτοῦ τὸ ἔξωθεν ἐπικείμενον θερμὸν φάρμακον, ἑλκτικὸν ὑπάρχον τῶν ἐν τῷ βάθει, τὴν περὶ τὸ πεπονθὸς νεῦρον ὑγρότητα, ὥστε καὶ προσεπιτέμνειν ἐπὶ τῶν τοιούτων προσήκει τὸ στόμα τοῦ νύγματος, δύο τομαῖς κατὰ τὸ δέρμα τεμνούσαις ἀλλήλας κατ᾽ ὀρθὰς γωνίας. ταῦτά τε οὖν εἶπον καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων, τῷ κατὰ τὴν θεραπείαν τοῦ νευροτρώτου παιδίου σφαλέντι τοσοῦτον, ὡς διὰ τὴν μοχθηρὰν ἀγωγὴν σπασθῆναί τε καὶ ἀποθανεῖν αὐτό. πρόδηλον οὖν ὅτι καὶ ἡ τοῦ νενυγμένου μορίου φύσις ἐνδείξεται ποτὲ μὲν ἀκίνδυνον εἶναι τὸ νύγμα, ποτὲ δ᾽ ὕποπτον, ὅταν ἴδωμεν ὑποκείμενον νεῦρον, ὡς ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν βραχίονα νυγέντος παιδός. οὐ γὰρ οἷόν τε λόγῳ τὸν τόπον ἑρμηνεῦσαι, καθ᾽ ὃν ἐπιβαίνει τῷ βραχίονι τὰ διὰ τῆς μασχάλης εἰς ὅλην ἀφικνούμενα τὴν χεῖρα, καὶ θαυμάσαι γ᾽ ἐστὶ κἀν τούτῳ τὴν τῶν ἐμπειρικῶν φιλονεικίαν, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάν-

qua medicamentum tuum, quando ipſum ſolum nudum nervum affectum contigerit. Praecipua autem danda opera eſt ut orae anguſtiorum punctuum apertae ſint, ut calidum medicamentum extrinſecus applicatum per eas vapores educat, attrahens humiditatem circa affectum locum in alto latentem. Ob quam rem in id genus puncturis orificium duabus in cutem ſectionibus ſecundum rectos angulos dividere oportet. Atque tum haec, tum alia multa prius relata dixit ei, qui in pueri nervo vulnerati curatione erraverat adeo, ut ex prava medendi ratione ipſe convulſus interierit. Itaque omnes norunt etiam punctae partis naturam indicare nonnunquam vulnus absque periculo, nonnunquam ſuſpectum eſſe, quum nervum ſubjectum viderimus, ut in puero ad brachium puncto, non enim ſermone locus poteſt exprimi, ubi quae per alam in totam manum pertendunt, brachio inſeruntur. Et ſane hic quoque demirari eſt empiricorum litigandi ſtudium, qui quidem in aliis omnibus medicinae

των τὸν πολλάκις ἑωρακότα τῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἔργων ὁτιοῦν ἄμεινον αὐτὸ μιμεῖσθαι φασκόντων ἢ εἴπερ ὀλιγάκις ἑωρακὼς ἔτυχεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ὁτιοῦν ποιοῦντα βέλτιον ἐνεργεῖν εἰ πολλάκις εἴη πεπραχὼς αὐτὸ, μόνα δὲ τὰ διὰ τῆς ἀνατομῆς εἰς γνῶσιν ἥκοντα, δύνασθαί τινα τὴν τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἱστορίαν ἀναγνόντα βεβαίως ἐπίστασθαι, ὅπου γε καὶ τῶν ἑωρακότων ὑπὸ διδασκάλου δεικνύμενα τὰ μόρια τοῦ σώματος οὐδείς ἐστιν ἱκανὸς ἅπαξ ἢ δὶς ἰδὼν ἀκριβῶς διαμνημονεύειν, ἀλλὰ χρὴ πολλάκις ἰδεῖν. οὐ μόνον δὲ μεγάλα νεῦρα διὰ τοῦ βάθους ὁδοιποροῦντα κατὰ πολλὰ μόρια τοῦ σώματός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς μόνον τὸ δέρμα διανεμομένων οἷον ῥίζαι τινές εἰσιν, ἃς οἱ νυγέντες, ἐὰν μὴ καλῶς θεραπευθῶσι, συμπάθειαν ἴσχουσι τῶν ὑποκειμένων νεύρων μεγάλων, ἀφ᾽ ὧν ἀποφύεται ταῦτα, περὶ ὧν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἀκριβῶς ἔγραψα, παραλελειμμένων ἅπασι τοῖς πρὸ ἐμοῦ. καὶ ταύτας τὰς ῥίζας ἐὰν μὴ πολλάκις ἐπὶ τῶν πιθήκων ἴδῃ τις, ἀδύνατον αὐτῷ, κἂν εὐπορήσῃ ποτὲ ἀνθρωπείου σώματος εἰς ἀνατομὴν, ἀκριβῶς

opus quodlibet fubinde contemplatum melius ipfum imitari concedunt, quam fi raro viderit, itidem melius eum quolibet opere perfungi, fi frequenter illi affueverit. Sola vero quae ex corporum incifione cognofcuntur poffe quempiam firmiter affequi, modo anatomicorum virorum hiftoriam perlegerit, quum vel ex iis, qui a praeceptore oftenfas corporis partes confpexerunt, nemo femel vel iterum fpeculatus adamuffim memoria tenere poffit, fed frequenter illum confpicere convenit. Nervi autem non modo magni in alto partes multas corporis permeant, fed in cutem quoque folam diftributorum tanquam radices quaedam funt, in quibus vulnerati, nifi probe curentur, fubjacentium nervorum magnorum confenfus affectum obtinent, unde ii prodeunt, quos in anatomicis adminiftrationibus accurate pertractavimus, ab omnibus, qui me praeceflerunt, omiffos. Atque has radices, nifi crebro in fimiis fueris intuitus, fieri non poteft, ut quum humanum corpus in diffectionem nactus fueris, ex-

ἐξευρεῖν, ὥσπερ γε πολὺ μᾶλλον ἐπὶ τῆς κατὰ περίπτωσιν ἀνατομῆς, ἣν καὶ τραυματικὴν θέαν ὀνομάζουσιν, οὐχ οἷόν τε τόπον εὑρεῖν ἐκ μόνης ἀναγνώσεως. οὐ μὴν οὐδ' αὐτόπτην γενέσθαι τραυμάτων παμπόλλων οἷόν τέ τινα, χωρὶς τῶν ἐν πολέμοις γινομένων, ἐφ' ὧν οὐδ' αὐτῶν οὐδεὶς ὑπεριδὼν τοῦ τάχιστα θεραπεύειν τὸν τετρωμένον ἐπισκέπτεται, ποῦ μὲν ὑπόκειται τοῖς τετρωμένοις μέρεσι νεῦρα, ποῦ δ' ἀρτηρίαι καὶ φλέβες. ὁρῶνται τοιγαροῦν ἐν ταῖς τῶν τοιούτων παθῶν θεραπείαις οἱ ἄπειροι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ἐοικότες τοῖς μετὰ σκίμποδος ὁδοιποροῦσι τυφλοῖς, καὶ διὰ τοῦτο σφάλλοντες μέγιστα. συνθεὶς δέ τις ἐξ αὐτῶν εἰς ταὐτὸν τήν τε τῶν μορίων ἐμπειρίαν ἐξ ἀνατομῆς ἐγνωσμένην καὶ τὴν ἐπὶ τῇ συνθέσει τε καὶ χρήσει τῶν φαρμάκων μέθοδον, ἀεὶ θεραπεύσει τοὺς νευροτρώτους, ὥσπερ ἡμεῖς ἄνευ κινδύνου παντὸς, ὡς μήτε συμπαθῆσαί τι τῶν κυριωτέρων μήτε φλεγμῆναι τὸ τετρωμένον ἢ τεθλασμένον νεῦρον. ὅπου δὲ ταῦτα, πολὺ μᾶλλον οὔτε σῆψιν οὔτε κύλλωσιν οὔτε σπασμὸν οὔτε θάνατον ἐπακολουθῆσαι.

acte deprehendas. Quemadmodum multo minus in anatome fortuita, quam et fpeculationem vulnerariam nominant, locum ex fola lectione invenire queas; quanquam nec aliquis permulta vulnera ipfemet infpicere poterit, fi ea excipias, quae in bello contingunt, in quibus et ipfis nemo, dum faucium cito curare ftudet, contemplatur, ubi vulneratis partibus nervi, ubi arteriae venaeque fubiaceant. Videntur itaque in hujusmodi affectuum curationibus anatomes imperiti fimiles iis, qui iter in lectica caeci faciunt eoque vehementer errant. Verum qui inter ipfos et partium experientiam ex incifione cognitam et methodum confectionis ufusque medicamentorum conjunxerit, is femper nervorum vulnera, uti nos, fine omni periculo curaturus eft, ut nec principalior ulla pars condoleat, nec vulneratus nervus aut contufus inflammatione laboret, ubi jam haec funt, multo minus vel putredo vel claudicatio vel convulfio vel ipfa mors comitabitur.

Κεφ. γ΄. [Αἱ διὰ τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων συνθέσεις πρὸς νευροτρώτους.] Τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων τὰ μὲν στύφοντα φευκτέον ἐστὶ καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐπὶ νύγματος ἡ χρῆσις γίγνηται τοῦ [722] συντεθέντος φαρμάκου, τὰ δὲ ῥυπτικὴν ἔχοντα δύναμιν ὥσπερ ἡ λεπὶς τοῦ χαλκοῦ χρήσιμα. παχυμερῆ (352) δ᾽ ὄντα πάντα τὰ μεταλλικὰ, πολὺ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τῆς γεώδους οὐσίας, χρήζει τινὸς ἐπιτεχνήσεως ἐν τῷ σκευάζεσθαι πρὸς τὸ λεπτομερέστερα γενέσθαι. ταύτην οὖν ἐπενόησα δι᾽ ὄξους δριμυτάτου ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα ἐξ οἴνου μὴ αὐστηροῦ τὴν γένεσιν ἐσχηκότος, κἂν ἐκ μὴ τοιούτου δὲ γεγονὸς ᾖ, χρόνου δὲ ὑπάρχῃ συχνοῦ, χρηστέον αὐτῷ. πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς ἐν τῇ γεύσει μή τί σοι δόξῃ κἂν ἐλάχιστον οἴνου ποιότητος ἐμφαίνειν. οὐ γὰρ ἔχει τὸ τοιοῦτον ὄξος ἰσχυρὰν τὴν διαβρωτικὴν καὶ τμητικὴν τῶν πλησιαζόντων δύναμιν. ἐν δὲ τῷ δριμυτάτῳ καὶ ὡς οἷόν τε παλαιοτάτῳ καὶ λεπτοτάτῳ κατὰ τὴν σύστασιν ὄξει λειοῦν χρὴ τὰ μεταλλικὰ τὸ παχὺ τῆς συστάσεως παραιτούμενον, ἄμεινον δὲ ἐν ἡλίῳ θερινῷ γίγνεσθαι

Cap. III. [*Confectiones medicamentorum ex metallicis ad nervorum vulnera.*] Ex metallicis medicamentis astringentia vitare consultum est, praesertim ubi compositi medicamenti usus in punctura eveniat, quae vero detergendi vim obtinent, sicut aeris squama, ex usu sunt, caeterum omnia metallica, quum crassiorum partium existant, multum enim terrestris substantiae in se continent, artificii nonnihil in praeparando requirunt, quo tenuiora fiant. Hoc igitur ex aceto facere quam acerrimo excogitavi, praesertim quod ex vino non austero confectum est. Ac si ex tali non sit, sed admodum vetus, eo utitor. Attende tamen diligenter in gustu, ne tibi minimam vini qualitatem referre videatur, tale quippe acetum validam exedendi incidendique vicina facultatem non habet. Jam vero metallica ex acerrimo et quam fieri potest vetustissimo substantiaque tenuissimo laevigare oportet eum, qui consistentiae crassitudinem devitat. Praestat autem id in sole aestivo perficere. Sunt

τὴν λείωσιν τῶν φαρμάκων. ἔνια μὲν οὐδὲ κοπῆναι δεῖται τῶν μεταλλικῶν οὔτε σεισθῆναι, λυόμενα ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ ὄξους, ὥσπερ ἡ χαλκῖτίς τε καὶ τὸ μίσυ, τινὰ δὲ χρήζει καὶ κοπῆναι καὶ σεισθῆναι, καθάπερ ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπίς. ὁπότε μὲν οὖν τὸ πρῶτον ἐσκεύασα τὸ φάρμακον, ἐνέβαλον αὐτῷ καὶ ἀῤῥενικοῦ, μετὰ ταῦτα δὲ ἔδοξέ μοι περιττὸν εἶναι. καὶ γὰρ διὰ τῆς λεπίδος τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ μίσυος καὶ τῆς χαλκίτεως αὐτάρκως ἐφαίνετό μοι συντεθήσεσθαι τὸ φάρμακον. ἔμιξα δὲ κατὰ τὴν πρώτην σύνθεσιν καὶ τὸν κεκαυμένον ἰὸν, ὑπώπτευσα γὰρ τὸν ἄκαυστον ὡς περαιτέρω τοῦ προσήκοντος δάκνοντα. μετὰ ταῦτα μέντοι καὶ ἄκαυστον ἔβαλον ὀλίγον, ὡς πρὸς τὴν τῶν ἄλλων ἀναλογίαν οὕτως δὲ καὶ τὴν χαλκῖτιν εἰ μὲν ὠμὴν ἐνέβαλλον, ὀλιγίστην ἔμισγον, εἰ δὲ καὶ κεκαυμένην, ἴσην τῷ μίσυϊ καὶ λεπίδι τοῦ χαλκοῦ. κάλλιον δ᾽ ἁπάντων τῶν σκευασθέντων ἤλπισά τε καὶ διὰ τῆς πείρας εὗρον, ἐν ᾧ πλείστη μὲν ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπὶς ἦν, δευτέρα δὲ ἡ κεκαυμένη χαλκῖτις, εἶτα μίσυ. λειούσθω δ᾽ οὖν, ὡς ἔφην, ἐν ἡλίῳ θέρους ὥρᾳ πολ-

quidem ex metallicis, quae nec comminui nec cribrari postulant, quum facile ab aceto solvantur, sicut chalcitis et misy, nonnulla et contundi et cribrari et postea laevigari desiderant, quemadmodum aeris squama. Quum igitur primum praepararem medicamentum, immiscui ei et arsenicum, postea superfluum esse putavi, etenim ex aeris squama et misy et chalcitide medicamentum compositum iri abunde mihi satis videbatur. Miscui autem prima confectione etiam aeruginem combustam, nam quae ignem experta non erat, tanquam justo mordaciorem suspicatus sum, deinde tamen non ustae pauxillum simul adieci, quantum aliorum portio ferebat. Pari modo chalcitidem sane paucissimam, ustam vero aequalem misy et aeris squamae, indidi. Praestantius autem omnibus compositis fore speravi, imo etiam experientia deprehendi, in quo plurima aeris squama inesset, dein chalcitis combusta, postea misy. Quaecunque igitur miscebis medicamenta, ad solem, ut dixi, aestivo

λαῖς ἐφεξῆς ἡμέραις ἅττ᾽ ἂν μίξεις φάρμακα δι᾽ ὄξους δριμυτάτου. ὅσῳ γὰρ ἐν πλείονι χρόνῳ λειωθῇ, τοσούτῳ γίγνεται λεπτομερέστερα καὶ διὰ τοῦτο χρησιμώτερα πρὸς τὰς στενὰς τρώσεις, ὡς ἐπί γε τῶν γεγυμνωμένων νεύρων φυλάττεσθαι χρὴ τὰ λίαν λεπτομερῆ τε καὶ διαβρωτικά. διὰ τοῦτο δὲ οἱ εἰρημένοι τροχίσκοι πᾶσι τοῖς τοιούτοις χρήσιμοι, προσειλήφασι γάρ τινα καὶ τῶν στυφόντων. ἔνδοξοι δ᾽ αὐτῶν εἰσὶν ὅ τε τοῦ Ἄνδρωνος καὶ ὁ τοῦ Πολυείδους καὶ ὁ τοῦ Πασίωνος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τις τέταρτος καὶ πέμπτος, οἷς ἐγὼ συνήθως χρῶμαι, τούτων ἰσχυρότερος. ῥηθήσονται δ᾽ αὐτῶν αἱ ἀκριβεῖς συμμετρίαι προήκοντος τοῦ λόγου. νυνὶ μέντοι τοσοῦτον εἰρήσθω περὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν, ὡς χρὴ λειωθέντας αὐτοὺς ξηροὺς μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπιβαλόντα σίραιον οὕτως λειοῦν, ἄχρι τοῦ γλοιῶδές τε γενέσθαι τὸ φάρμακον καὶ λεῖον ὁμαλῶς. ὀνομάζουσι δὲ νῦν καὶ σίραιον τοῦτο παρ᾽ ἡμῖν ἅπαντες, ἕψημα τοῦ γλεύκους ἑψομένου γινόμενον. ἔστω δὲ καὶ τοῦτο μηδὲν οἰνῶδες ἔχον. γίγνεται δὲ καὶ τοιοῦτον μήτε ἐξ αὐστηρῶν σταφυλῶν ὄντος τοῦ γλεύ-

tempore multis deinceps diebus in pulverem ex aceto quam acerrimo redigantur, quanto enim longiori tempore trita fuerint, hoc tenuiorem ſubſtantiam conſequentur. Ideoque anguſtis vulneribus aptiora, ſicut in nervis denudatis admodum tenuia exedendiaque cavenda ſunt, ob quod praedicti paſtilli omnibus id genus conveniunt, ſiquidem nonnulla aſtringentia quoque aſſumpſerunt. Porro celebres ex illis ſunt qui ad Andronem, Polyidam et Paſionem auctores referuntur. Sunt et alii quidam quartus et quintus, illis valentiores, quibus ego ſubinde utor. Symmetriae vero ipſorum perfectae ſermonis proceſſu dicentur. Nunc de eorundem uſu tantum explicaſſe ſufficiat, quod tritos ipſos aridos poſtea rurſus ſapa adiecta, ita terere convenit, donec ſordium ſpiſſitudinem recipiat medicamentum et aequaliter laeve fiat. Vocant autem nunc omnes apud nos et ſiraeon, ex muſto decocto natum, id autem nihil vinoſum habeat, quale non ex auſterarum uvarum, ſed quam maxi-

κους, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα γλυκειῶν, μήτε ἐκ τοῦ πρώτου ῥέοντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ τελευταίου. εἰ μὲν οὖν εἴη τὸ γλεῦκος τοιοῦτον, ἕψειν αὐτὸ χρὴ μέχρις ἂν ἥμισυ λειφθῇ τοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐμβληθέντος· εἰ δὲ μὴ τοιοῦτον, μέχρι τοῦ τὸ τρίτον ἀπολειφθῆναι καθεψητέον ἐστί. τοιούτῳ μὲν ἑψήματι διαλύειν χρὴ τοὺς τροχίσκους, ὥστε μελιτώδη σύστασιν ἔχοντας ἀναληφθέντας μοτοῖς, ἐπιτίθεσθαι τοῖς γεγυμνωμένοις νεύροις καὶ μάλιστα τοὺς μετριωτέρους αὐτῶν, ὁποῖός ἐστιν ὁ τοῦ Πολυείδους, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον, ἐὰν ἁπαλόσαρκον ᾖ τὸ σῶμα, καθ' ὃ καὶ τελέως ἀποχωρεῖν ἀσφαλέστερόν ἐστι τῆς τῶν τροχίσκων χρήσεως, ἑτέροις χρώμενον φαρμάκοις, ὑπὲρ ὧν ἤδη τε προείρηται καὶ αὖθις εἰρήσεται. [723] σκεπασθέντος δὲ τοῦ γεγυμνωμένου νεύρου τοῖς μοτοῖς ἔξωθεν ἐπιβλητέον ἕν τι τῶν πρὸς τὰς στενὰς τρώσεις ἁρμοττόντων, ὧν ἐστι τέτταρα γένη, τουτὶ μὲν ἓν τὸ διὰ τῶν μεταλλικῶν, ὑπὲρ οὗ πρόκειται λέγειν, ἕτερον δὲ τὸ διὰ τῶν ὀπῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ δι' εὐφορβίου, καὶ τρίτον τὸ διὰ τῆς κόπρου τῶν περιστερῶν, καὶ τέταρτον, ὃ καλῶ τὸ πρᾶον, ᾧ καὶ πρὸς τὰ τελέως γεγυμνωμένα νεῦρα τῶν

me dulcium mufto praeparatur, neque ex primo fluentes, fed poftremo. Si igitur tale muftum extiterit, coquendum eft dum ad dimidiam partem menfurae confumatur, fin minus tale, ad tertias coquendum eft. Huiusmodi quidem decocto paftillos folvere expedit, ut mellis craffitudine linamentis excepti, nervis denudatis imponantur, maximeque ex ipfis temperatiores, qualis Polyidae eft. Ac multo fane magis, fi corpus fit tenerum ac molliufculum, in quo et prorfus a paftillorum ufu te abftinere tutius eft aliis utentem medicamentis, de quibus jam fermo factus eft, iterumque fiet. Nervo autem nudo linamentis cooperto, extrinfecus unum aliquod ex iis, quae ad angufta vulnera conveniunt, fuperdandum eft. Quorum funt quatuor genera, unum hoc quod ex metallicis conficitur, alterum quod ex liquoribus, inter quae refertur et illud, quod ex euphorbio conftat, tertium ex columbarum ftercore, et quartum praon id eft mite a me appellatum, quo etiam ad nervos tenerorum corporum

ἁπαλοσάρκων σωμάτων χρῶμαι. τούτων τῶν τεττάρων ἕν τι περιβάλλειν χρὴ παντὶ τῷ πεπονθότι μορίῳ συνεπιλαμβάνοντα πολὺ καὶ τῶν ὑγιεινῶν μερῶν καὶ μάλιστα τῶν ὑπερκειμένων, οἷς καὶ τὴν κατάντλησιν ποιεῖσθαι χρὴ δὶς τῆς ἡμέρας ἢ τρὶς, ἐὰν ἐπείγῃ. καὶ μέντοι καὶ τῆς νυκτὸς ἐνίοτε τῶν μὲν μοτῶν ἐπικειμένων κατὰ τοῦ γεγυμνωμένου νεύρου, τοῦ δ᾽ ἐπιβεβλημένου κατ᾽ αὐτῶν ἔξωθεν αἰρομένου. παμπόλλης δ᾽ οὔσης διαφορᾶς τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων κατά τε τὰς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν κράσεις καὶ τὰς τῶν ἡλικιῶν μεταβολὰς, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὰ ἐπιτηδεύματα τὸ συντιθέμενον φάρμακον ἀδύνατον ἅπασιν ἁρμόττειν. ἔστω τοίνυν διὰ τοῦτό σοι δύο παρεσκευασμένα, τὸ μὲν ἕτερον ἰσχυρότερον τῶν ὁμογενῶν, τὸ δὲ ἕτερον πρᾳότερον, ἃ μιγνὺς ἀλλήλοις ἐπὶ τῆς χρείας, ἐργάσῃ πάμπολλα τὰ μεταξὺ παρὰ τὸ ποσὸν τῆς μίξεως. ἐὰν γὰρ ἴσον ἑκατέρου μίξῃς, ἔσται σοι τὸ μιχθὲν ἀκριβῶς ἀμφοῖν μέσον. ἐὰν δὲ θατέρου πλέον, ἐπὶ τοσοῦτον ἀποκεχωρηκὸς τοῦ μέσου πρὸς ἐκεῖνο τῶν ἄκρων, ἐφ᾽ ὅσον ἡ μίξις ὑπερέσχεν. ἔστω τοίνυν τὸ μὲν ἰσχυ-

omnino denudatos utor, ex his quatuor unum quoddam toti affectae parti circumdandum eſt ita ut ſanarum quoque partium multum una comprehendat, praeſertim ſuperpoſitarum, quas bis die vel ter, ſi neceſſitas incidit, perfuſione fovere oportet. Quin etiam nocte interim linamentis quidem denudato nervo impoſitis, caeterum eo, quod extrinſecus admotum erat, ablato. Porro quum permagna humanorum corporum ſit differentia, tum in nativis ipſorum temperamentis, tum aetatum mutationibus, inſuper vitae ſtudiis, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus convenire poteſt. Quamobrem duo in promptu habeto, alterum valentius ejusdem generis reliquis, alterum mitius, quibus invicem mixtis, dum uſus poſtulat, permulta inter haec media juxta mixturae quantitatem conſtituas. Si namque parem utriusque portionem confuderis, mixtum exacte medium amborum erit, quod ſi alterius plus adiicias, tantum a medio ad illud ſummum recedet, quanto mixtura ſuperaverit. Eſto igitur valentiſſimum metallicum ex his

Ed. Chart. XIII. [723.] Ed. Baſ. II. (352)

τοῦ Τυῤῥηνικοῦ κηροῦ σκευάζειν αὐτό. πάρεστι δὲ καὶ χωρὶς τῶν εἰρημένων μύρων τὸν μὲν Τυῤῥηνικὸν κηρὸν τῆξαι διὰ νάρδου καλῆς ἐπὶ διπλοῦ δηλονότι σκεύους, κοινὸν γὰρ τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν μύρων. ξυσθείσῃ δὲ τῇ κηρωτῇ μίξεις νάρδου στάχυος καὶ ἀμώμου καὶ φύλλου μαλαβάθρου καὶ πομφόλυγος πεπλυμένου τὸ ἴσον ἑκάστου. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν νύξεων, ὡς εἴρηται, δριμυτέρων ἐστὶ χρεία φαρμάκων ἀνεῳγμένον ἀεὶ φυλαττόντων τὸ τραῦμα. τοῖς γεγυμνωμένοις δὲ τὰ μετρίαν στύψιν ἔχοντα μετὰ διαφορητικῆς ἀδήκτου δυνάμεως προσφέρεσθαι χρή. στύψεως δὲ μέτεστι μέν τι καὶ τῷ ἀμώμῳ, μᾶλλον δ᾽ αὐτοῦ τῷ τε τῆς νάρδου στάχυϊ καὶ τῷ τοῦ μαλαβάθρου φύλλῳ.

Κεφ. θ΄. [Περὶ τῶν τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς εἰρημένων φαρμάκων ἐπὶ τῶν νευροτρώτων.] Τὴν μὲν ὅλην ἀγωγὴν τῆς θεραπείας τῶν νευροτρώτων, ἣν ἐγὼ κατά τινα πρόνοιαν θεῶν ἐποίησα, τῶν πρὸ ἐμοῦ πρεσβυτέρων οὐδεὶς ἔγραψε. φάρμακα μέντοι τινὰς νευροτρωτοὺς θεραπεύειν ἐπαγγελλόμενα συνέθεσαν ἄνευ διορισμοῦ τε καὶ τρόπου χρήσεως ποι-

Tyrrhenica cera ipſum praeparare. Nec prohibet quicquam ſine praedictis unguentis Tyrrhenicam ceram ex nardo proba liquefacere, in duplici nempe vaſculo, quod in omnibus unguentis commune eſt. At raſo cerato, ſpicae nardi, amomi, folii malabathri et pompholygis eloti pares ſingulorum portiones miſcebis. Etenim in puncturis, ſicut praedictum eſt, acrioribus medicamentis eſt opus, quae vulnus apertum perpetuo ſervent, denudatis autem mediocri aſtrictione cum digerendi virtute absque morſu praedita afferre convenit. Quamquam et amomum aſtrictionis ſit aliquatenus particeps, magis autem ipſo nardi ſpica et malabathri folium.

Cap. IX. [*De medicamentis ab aliis medicis adverſus nervorum vulnera proditis.*] Univerſam nervorum vulnera curandi rationem, quam ego deorum quadam providentia compoſui, nullus ante me conſcripſit, medicamenta tamen, quae nervorum vulnera quaedam curare promitterent, compoſuerunt ſine diſtinctione et vario utendi modo

Ed. Chart. XIII. [731.] Ed. Baf. II. (356. 357.)

κίλου μήτε τὴν ἐπὶ τῶν στενῶν νυγμάτων ἀγωγὴν, ὁποία τις ἔσοιτο δηλώσαντες μήτε τὴν ἐπὶ τῶν εὐρυτέρων τρώσεων ἢ γεγυμνωμένου νεύρου ἢ τένοντος ἢ τεθλασμένου. πολὺ δὲ μᾶλλον, οὐδ᾽ εἰ φλεγμαῖνον ἤδη τὸ πεπονθὸς εἴη μόριον ἢ καὶ πλησίον ἥκει γαγγραινώσεως. ἕνα δέ τινα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἰατρῶν εὗρον χρώμενον φαρμάκῳ, παραπλησίως τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ διὰ τῶν μεταλλικῶν σκευαζομένοις, ἀδιορίστως μὲν καὶ αὐτόν. ἀλλ᾽ ἐπεὶ δι᾽ ὀλίγων τῶν αὐτοφυῶν ἐπυθόμην αὐτὸ συγκεῖσθαι, τὸ δ᾽ ἐκ τῶν πολλῶν σύνθετον ἐγὼ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἤμην ἐσκευακὼς, ἐνενόουν ἀφελὼν τὰ πλείω καὶ δι᾽ ὀλίγων ἄλλο συνθεὶς αὖθις ἐπισκέψασθαί τε καὶ βασανίσαι διὰ τῆς πείρας, εἴτε πολλῷ τινι τοῦ πολυμιγμάτου φαίνοιτο λειπόμενον εἴτε ὀλίγῳ. περὶ παν(357)τὸς οὖν ἐποιησάμην καὶ τοῦ παρὰ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς ἰατροῦ λαβεῖν τὴν γραφὴν καὶ παραχρῆμα σκευάσας παραπλήσιον ἔχον εὗρον ἐπαγγελίαν τε καὶ δύναμιν αὐτὸ τῷ ποικίλῳ. τούτου μὲν οὖν ἡ γραφὴ ἡ τῆς συνθέσεώς ἐστι τοιάδε. ♃ κηροῦ οὐγγίας στ΄. ἐλαίου οὐγγίας θ΄. μίσυος ∢ στ΄. χαλκί-

neque in angustis punctibus sanandi rationem, qualis futura esset, indicantes, neque in latioribus vulneribus vel denudato nervo vel tendine vel contuso, multo minus si pars affecta phlegmone infestaretur vel etiam gangraena propemodum. Porro unum quendam nostrae aetatis medicum medicamento utentem vidi, perinde ac meis ex metallicis praeparatis, indistincte quidem et ipsum, quoniam vero ex paucis sponte nascentibus ipsum componi audieram, quod autem multis constat, ego illo tempore praeparaveram, cogitavi pluribus ademptis aliud rursus ex paucis compositum inspicere ac experientia inquirere, multone ab eo, quod varia mixtura paratur, inferius esse videretur an paulo. Quovis igitur modo curavi etiam medicamenti, quod medicus nostrae aetatis habebat, scripturam accipere et statim simile praeparatum eadem et ipsum polliceri et praestare, quae varium illud, comperi. Hujus igitur compositio in hunc modum scripta erat. ♃ Cerae ℥ vj; olei ℥ ix,

τεως ⊲ α'. λεπίδος χαλκοῦ οὐγγίας β' S''. λιβανωτοῦ οὐγγίαν α' S''. χαλβάνης οὐγγίαν α'. ἐν ὄξει δριμεῖ προλελειωμένοις τοῖς μεταλλικοῖς ἐπιμελῶς τακέντα καταχύσαι τὰ τηκτὰ, τουτέστι τὸν κηρὸν καὶ τὴν χαλβάνην. τοῦτο τὸ φάρμακον οὐκ οἶδα τίς ὁ συνθήκας ἐστίν. οὔτε γὰρ παρ' Ἀσκληπιάδη τῷ φαρμακίωνι τὴν γραφὴν εὗρον οὔτε παρὰ Πετρωνᾷ οὔτε παρ' Ἀνδρομάχῳ, καίτοι πάντων τῶν πρεσβυτέρων ἰατρῶν ἄριστα φάρμακα γραψάντων. εὔδηλον δ' ὅτι μήτε παρὰ Ἥρᾳ τῷ Καππαδόκι, μηδὲ Μαντίᾳ, μηδὲ Ἡρακλείδῃ τῷ Ταραντίνῳ, [732] πολλὴν ἐμπειρίαν φαρμάκων ἐσχηκόσιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν Ἀρχιγένην, Φίλιππον ἤ τινα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. καὶ Σωρανῷ δὲ τὰ περὶ φαρμάκων γεγραμμένα ἀναγνοὺς ἅπαντα καὶ Μενεκράτει καὶ Κρίτωνι καὶ Δαμοκράτει καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι δόξαν ἴσχουσιν ἐπὶ τῇ γνώσει τῶν φαρμάκων παρ' οὐδενὶ τουτὶ τὸ γεγραμμένον ἄρτι φάρμακον εὗρον. ἃ δ' ἐστὶ παρὰ τοῖς ἀνδράσιν οἷς εἶπον ἐφεξῆς γεγραμμένα δηλώσω, τὴν ἀρχὴν δὲ ἀπὸ τοῦ φαρμακίωνος Ἀσκληπιάδου ποιήσομαι κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐντὸς

misyos drach. vj, chalcitidis drach. j, squamae aeris ℥ ij ß, thuris unciam j ß, galbani unciam unam. Quae liquari possunt, hoc est cera et galbanum, liquefacta metallicis in aceto acri prius accurate tritis superfunduntur. Hoc medicamentum haud scio quis composuerit, neque enim apud Asclepiadem pharmacionem scripturam inveni, nec apud Petronam nec Andromachum, etsi omnes antiquiores medici optima medicamenta conscripserint. Plane autem constat nec apud Heram Cappadocem nec Mantiam nec Heraclidem Tarentinum reperiri qui magnam medicamentorum experientiam habuerunt, imo nec apud Archigenem aut Philippum aut apud aliquem ejus discipulum. Insuper Sorani libris de medicamentis perlectis omnibus, item Menecratis, Critonis, Damocratis et aliorum, qui medicamentorum cognitione claruerunt, apud nullum hoc modo citatum medicamentum comperi. Quae vero apud viros jam dictos habentur, deinceps scripta indicabo ac initium a pharmacione Asclepiade facturus sum, qui in tertio interiorum medica-

φαρμάκων, ἃ καὶ Μαρκέλλας ἐπιγράφει κατὰ λέξιν οὕτως γράψαντος. Ἀνδρομάχου Αἰγυπτία ἔναιμος τραυματικὴ, ὡς Ἀσκληπιάδης ἀναγράφει. ποιεῖ πρὸς νεύρων διακοπὴν καὶ μυῶν, ποιεῖ πρὸς νύγματα, περιθλάσεις, παρατρίμματα, λυγίσματα, ποιεῖ πρὸς ἀποστήματα. ἔστι δὲ καὶ ὀφθαλμιώντων παρακόλλημα. ποιεῖ κεφαλαλγικοῖς καὶ πρὸς πολλὰς διαθέσεις χρήσιμόν ἐστι τὸ φάρμακον. ♃ λιθαργύρου, κηροῦ ἀνὰ < ρμδ΄. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος < οβ΄. τερμινθίνης < λστ΄. ἐρίων οἰσυπηρῶν κεκαυμένων < ιβ΄. λεπίδος χαλκοῦ < η΄. λεπίδος στομώματος < η΄. λιβάνου < η΄. ἀριστολοχίας στρογγύλης < η΄. ἐλαίου κικίνου κο. γ΄. ἕψε λιθάργυρον, ἔλαιον, καὶ ὅταν μεταβάλλῃ, ἐπίβαλλε κηρὸν, ῥητίνην. καὶ ὅταν ἀμόλυντον γένηται, ἐπίβαλλε ἀμμωνιακὸν πλατύνας, καὶ τότε τὰ οἰσυπηρὰ ἔρια καὶ τὰ λοιπά. τοῦτο τὸ φάρμακον ὅσῳ πολυχρηστότερον ἐγένετο, προσλαβὸν τὴν λεπίδα τοῦ στομώματος, οὕτω φαυλότερον ἐπὶ τῶν νευροτρώτων ἐγένετο. εἰ μὲν γὰρ νύγμα μόνον εἴη, καὶ ἡ τοῦ χαλκοῦ λεπὶς περιττή. χωρὶς γὰρ τοῦ προλελειῶσθαι χρόνῳ

mentorum, quas etiam Marcellas infcribit, hunc in modum docet. *Andromachi Aegyptia ad vulnera cruenta, ut Afclepiades praefcribit. Facit ad nervos, mufculosque praecifos, item ad punctus, contufiones, attritus, artus fractos. Valet etiam ad abfceffus, eft item lippientibus collyrium, juvat capite dolentes et ad multas difpofitiones utile eft remedium.* ♃ Argenti fpumae, cerae, fingulorum drach. cxliv, guttae ammoniaci drach. lxxij, terebinthinae drach. xxxvj, lanae fuccidae combuftae drach. xij, fquamae aeris drach. viij, fquamae ftomomatis drach. viij, thuris drach. viij, ariftolochiae rotundae drach. viij, olei ricinini heminas iij. Argenti fpuma et oleum incoquuntur, ac ubi mutata fuerint, cera refinaque adjicitur, quum non inquinant, ammoniacum indas dilatando et tunc lanas fuccidas ac reliqua. Hoc medicamentum quanto utilius ex ftomomatis fquama evafit, tanto deterius ad nervorum vulnera factum eft; fi namque punctus folum fuerit, etiam aeris fquama fupervacua eft. Quippe nullum metallicum his conducit,

πλείονι δι' ὄξους δριμέος, οὐδὲν τῶν μεταλλικῶν ἐπὶ τούτων χρήσιμον. ἐπὶ μέντοι τῶν γεγυμνωμένων νεύρων καὶ τενόντων ἀγαθὸν ἂν εἴη φάρμακον. εἰ δὲ καὶ ἤδη φλεγμαίνει, τήκειν αὐτὰ προσήκει διὰ ῥοδίνου καὶ οὕτως ἐμμότῳ χρῆσθαι. χωρὶς δὲ τοῦ φλεγμαίνειν εὐθέως ἐν ἀρχῇ βελτίω τὰ μαλακώτερα καὶ ὑγρότερα τῶν φαρμάκων ἐστὶ τῶν σκληροτέρων τε καὶ ξηροτέρων. καὶ βέλτιόν ἐστι χρῆσθαι τετηκόσιν αὐτοῖς ἔν τινι τῶν διαφορητικῶν ἢ παρηγορικῶν. λέγω δὲ διαφορητικὰ μὲν τό τε παλαιὸν ἔλαιον καὶ τὸ κίκινον καὶ τὸ σικυώνιον, παρηγορικὰ δὲ τό τε ῥόδινον καὶ τὸ χαμαιμήλινον καὶ τὸ διὰ τῆς ἀλθαίας. ἰσχυρότερα δὲ τούτων καὶ διὰ τοῦτο σώμασι σκληροτέροις ἁρμόττοντα τό τε διὰ τοῦ σικύου τοῦ ἀγρίου τῆς ῥίζης ἐναφεψημένης τῷ ἐλαίῳ καὶ τὸ διὰ τῆς ἴρεως καὶ βρυωνίας καὶ ἄρου, καὶ τούτων ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ διὰ τοῦ δρακοντίου καὶ ἀριστολοχίας καὶ πάνακος. ἐγὼ δὲ πολλάκις ἐχρησάμην καὶ τῷ διὰ τῆς ἐλάτης σπέρματος ἐλαίῳ καὶ τῷ διὰ τοῦ τῶν αἰγείρων ἄνθους, ἀποβρέχω γὰρ ἐν ἐλαίῳ Σαβίνῳ ταῦτα χρόνῳ πλείονι. ταῦτα μὲν οὖν ὅσα νῦν εἴρηκα περὶ τῆς χρήσεως τῶν τοιούτων

nifi prius ex aceto acri pluribus diebus laeve factum fuerit, quamquam in nudis nervis et tendonibus bonum fuerit remedium. At fi jam phlegmone conjuncta eft, liquare ea ex rofaceo convenit et fic illito linamento uti; ubi vero non adeft phlegmone, molliora humidioraque ftatim ab initio potiora funt medicamentis durioribus ac ficcioribus, praeftatque liquata ipfa in digerente quodam vel mitigatorio medicamento ufurpare. Voco digerentia quidem vetus oleum et ricininum et ficyonium, mitigatoria autem rofaceum, chamaemelinum et quod ex althaea conficitur. His fortiora eoque durioribus corporibus magis idonea funt, quod ex cucumeris agreftis radice in oleo decocta et quod ex iride, bryonia et aro paratur. His valentius eft ex dracunculo, ariftolochia et panace factum. Porro nos frequenter etiam ex abietis femine, oleo, item ex populi flore confecto ufi fumus, nam haec diutius fabino oleo intingimus Quae igitur de ejusmodi medicamentorum ufu dicta funt

φαρμάκων, ἀξιῶ μεμνημένους ὑμᾶς ἐπὶ τἄλλα τὰ ῥηθησόμενα μεταφέρειν. ἐγὼ δὲ ὅπερ ὡρμήθην πρᾶξαι ποιήσω. προσθήσω γὰρ καὶ ἄλλα φάρμακα τῆς αὐτῆς δυνάμεως, ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ ἐφεξῆς τῷ προειρημένῳ γεγραμμένον ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιάδου κατὰ λέξιν οὕτως ἔχον. *Κλαυδίου Φιλοξένου χειρουργοῦ Αἰγυπτία πρὸς τὰς προειρημένας διαθέσεις.* ℞ λιθαργύρου, κηροῦ ἀνὰ < ρξ΄. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος < π΄. προπόλεως < μ΄. ῥητίνης ξηρᾶς, τερμινθίνης, λεπίδος χαλκοῦ, λιβάνου ἀνὰ < ιστ΄. ἐρίων οἰσυπηρῶν κεκαυμένων, λεπίδος στομώματος ἀνὰ < η΄. ὀποπάνακος < δ΄. κίκεως κο. γ΄. πρόδηλον οὖν ὅτι καὶ τοῦτο τὸ φάρμακον ὅμοιόν τέ ἐστι τῷ προγεγραμμένῳ καὶ τρόπον τῆς χρήσεως ἕξει τὸν αὐτὸν τῷ μικρῷ πρόσθεν ὑπ᾽ ἐμοῦ γεγραμμένῳ. καὶ μέντοι καὶ κατὰ ταύτας τὰς δύο ἐμπλάστρους, ἄλλην [733] τρίτην ἔγραψεν ὁ Ἀσκληπιάδης οὕτως εἰπὼν κατὰ λέξιν. *κιῤῥὰ ἡ τοῦ Ἁλιέως. ποιεῖ πρὸς τὰ ἔναιμα τῶν τραυμάτων καὶ νεύρων διακοπάς. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ παλαιὰ καὶ δυσεπούλωτα καὶ ῥευματικὰ τῶν ἑλκῶν. ἔστι δὲ καὶ μαλακτικὴ ἀγαθὴ,*

vos memoriter fervantes ad alia, quae explicanda veniunt, traducere operae pretium effe arbitror. Quod autem nobis inftitutum erat facere, aggrediemur; apponemus enim et alia ejusdem facultatis medicamenta, quale eft et quod ab Afclepiade poft praedictum his verbis fcriptum eft: *Claudii Philoxeni chirurgi Aegyptium ad praedicta vitia.* ℞ Argenti fpumae, cerae, fingulorum drachmas centum fexaginta, guttae ammoniaci drachmas octoginta, propoleos drachmas quadraginta, refinae ficcae, terebinthinae, fquamae aeris, thuris, fingulorum drach. xvj, lanae fuccidae combuftae, fquamae ftomomatis, fingulorum drach. viij, opopanacis ʒ iv, ricini heminas iij. Hoc igitur medicamentum fuperiori effe fimile omnibus apparet et utendi modum eundem cum nuper a me citato habebit. Quin etiam ad haec duo emplaftra aliud tertium Afclepiades fic ad verbum inquiens tradidit: *Gilvum Haliei. Facit ad cruenta vulnera et nervos praecifos, item ad vetera cicatricem aegre ducentia et fluentia ulcera. Quin et probe emollit duritias, maxime in*

μάλιστα δὲ τῶν περὶ τοὺς μασθοὺς γιγνομένων σκληριῶν. χρώμεθα δὲ αὐτῇ καὶ ἐπὶ τῶν κυνοδήκτων καὶ ἀνθρωποδήκτων. ἄκρως ποιεῖ καὶ πρὸς τρυγόνων θαλασσίων καὶ δρακόντων καὶ τῶν ἄλλων χαλεπῶν ἰχθύων πληγάς. καὶ καθόλου ἐστὶν ἡ δύναμις θαυμαστή. ♃ λιθαργύρου, κηροῦ ἀνὰ ⊲ ρ΄. τερμινθίνης, μάννης, λιβάνου, χαλβάνης, μίλτου Σινωπίδος ἀνὰ ⊲ η΄. ἐλαίου ξε. α΄. οὔτε αὐτὸς οὖν Ἀσκληπιάδης ἐπὶ νυγμάτων τῶν εἰς τένοντας καὶ νεῦρα ἐπαγγέλλεται τὸ φάρμακον εἶναι χρήσιμον, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν νεύρων φησὶ διακοπὰς, ὅταν δηλονότι μεῖζον γένηται τὸ τραῦμα καὶ γυμνὸν φαίνηται τὸ νεῦρον. ἐπιτηδειότερα γάρ ἐστι τηνικαῦτα τὰ μετρίας τε καὶ παρηγορικῆς δυνάμεως φάρμακα. τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ νῦν εἰρημένον ὑπ᾽ αὐτοῦ. ταύτας μὲν οὖν τὰς τρεῖς ἐμπλάστρους ὁ Ἀσκληπιάδης ἔγραψεν ἐγγύς τι τῆς μέσης χώρας τοῦ βιβλίου. πρὸ αὐτῶν δὲ ἀνωτέρω πολύχρηστον καὶ ἄλλο ἔμπλαστρον ἔγραψεν, ἄμεινον δὲ τῶν τριῶν τούτων, ὡς πρὸς τὰς τῶν νεύρων διακοπὰς καὶ διαφθοράς. ἡ δὲ λέξις αὐτὴ, καθ᾽ ἣν ὁ Ἀσκληπιάδης ἔγραψεν, ἔστιν ἥδε. Μοσχίωνος καταγματική. φάρμακον ἐπι-

mammis obortientes. Utimur eo ad canum hominumque morfus. Summe facit ad paftinacae, draconis, aliorumque faevorum pifcium ictus. In totum virtutem habet mirabilem. ♃ Argenti fpumae, cerae, fingulorum drachmas centum, terebinthinae, mannae, thuris, galbani, minii finopici, fingulorum drachmas octo, olei fextarium unum. Nec ipfe ergo Afclepiades hoc medicamentum ad punctus tendinum ac nervorum, fed ipfis praecifis utile effe promittit, quum videlicet majus vulnus extiterit et nervus nudus appareat, quippe aptiora tunc funt medicamenta, quae mitigatoriam et mediocrem vim obtinent, cujus generis eft nuper ab ipfo citatum. Itaque haec tria emplaftra in medio fere libro Afclepiades produxit, fuperius etiam aliud multiplicis quidem ufus emplaftrum, melius autem iis tribus ceu ad nervos praecifos corruptosque tradidit. Verba Afclepiadis ita habent. *Mofchionis catagmaticum. Valet ad recentia vul-*

τετευγμένον πρὸς τὰ νεότρωτα καὶ διακοπὰς τῶν νεύρων καὶ τὰς μετὰ θλάσεως διαιρέσεις. ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ μετὰ τραύματος κατάγματα· καὶ γὰρ τοῖς τραύμασι βοηθεῖ καὶ πωροῖ τὰ ὀστέα μετὰ τῆς δεούσης ἐπιδέσεως ἐπιτιθεμένη καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑδρωπικοῖς. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς διδύμων περιθλάσεις. σταφιδοῖ καὶ τὰς περὶ τὴν ἕδραν ἐξοχάς. ποιεῖ καὶ πρὸς ῥαγάδας βουτύρῳ ἐνιεμένη. ποιεῖ καὶ πρὸς βρογχοκήλας, διαλύει πᾶσαν σκληρίαν, ποιεῖ πρὸς παρατρίμματα καὶ λυγίσματα. ποιεῖ πρὸς τὰς ἐπὶ τῶν ποδῶν καὶ χειρῶν τυλώδεις ἐπαναστάσεις, ἃς ἥλους καλοῦμεν, ὥστε καὶ χωρὶς ἑλκώσεως ἀφαιρεῖν· καὶ καθόλου ἐστὶ πολυχρηστότατον τὸ φάρμακον. ποιεῖ δὲ πρὸς ἀρχομένους ὕδρωπας. τὰ δὲ τῆς σκευασίας ἔχει οὕτως. ♃ λιθαργύρου μνᾶν α'. ἡ δὲ μνᾶ ἔχει < ρξ'. πίσσης ξηρᾶς < ρξ'. στέατος μοσχείου < ρξ'. (358) ῥητίνης τερμινθίνης < π'. μάννης λιβάνου < π'. κηροῦ < μ'. ἰοῦ < η'. ὀποπάνακος < η'. χαλβάνης < η'. ἐλαίου κικίνου κο. α'. ὄξους τὸ ἴσον, ὀποῦ συκαμίνου κο. α'. πίσσης ὑγρᾶς ἡμικοτύλιον. τὴν λιθάργυρον λειοτάτην καὶ τὸ κίκινον ἔλαιον

nera, nervos praecifos et cum contufione divifiones. Facit etiam ad fracturas cum vulnere, etenim vulneribus auxiliatur et offa callo obducit convenienti deligatura impofitum. Prodeft hydropicis incipientibus, item facit ad tefticulorum contufiones, tollit circa anum eminentias, fanat rhagadas butyro dilutum, facit ad bronchocelas, folvit omnem duriciem. Curat attritos et fractos articulos, item pedum manuumque callofas excrefcentias, quos clavos vocamus, ut eos etiam citra exulcerationem auferat. Summatim medicamentum eft utiliffimum. Confectio haec ita fe habet. ♃ Argenti fpumae minam unam, mina continet drachmas centum fexaginta, picis aridae drachmas centum fexaginta, fevi vitulini drachmas centum fexaginta, refinae terebinthinae drach. lxxx, mannae thuris drach. lxxx, cerae drach. xl, aeruginis drach. octo, opopanacis drach. octo, galbani drach. octo, olei ricinini heminam unam, aceti parem menfuram, liquoris fycamini heminam unam, picis liquidae heminae dimidium. Argenti fpuma tenuiffima et ci-

βαλὼν εἰς ἄγγος κεραμεοῦν ἢ χαλκοῦν καὶ θεὶς ἐπὶ πυρὸς ἕψε, καὶ ὅταν ἀναβράσῃ, ἐπίβαλλε στέαρ καὶ τὸ μάννινον, κινῶν συνεχῶς. καὶ ὅταν συστραφῇ, ἐπίβαλλε πίσσαν, κηρὸν, ῥητίνην καὶ ἕψε. μέχρις ἀμολύντου ἐπίπασσε χαλβάνην, εἶτα ἰὸν καὶ ὀποπάνακα ὄξει διαλυθέντα. τὸν δὲ ὀπὸν τοῦ συκαμίνου καὶ τὴν πίσσαν τὴν ὑγρὰν εἰς ἕτερον ἀγγεῖον βαλόντες ἕψομεν. καὶ ὅταν συστραφῇ, ἐπιβάλλομεν τῷ πρώτῳ φαρμάκῳ, καὶ πάλιν θέντες ἐπὶ τὸ πῦρ ἕψομεν μέχρις ἀμολύντου, καὶ εἰς οἶνον ἐξεράσαντες ἐῶμεν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ἔπειτα μαλάξαντες χρώμεθα εἰς ὀθόνιον ἐμπλάσσοντες· δεῖ δὲ μετὰ τὴν ἐπίθεσιν τοῦ φαρμάκου οἴνῳ δεύσαντα ταινίδιον ἐκθλίβειν καὶ τότε περιτιθέναι τῷ φαρμάκῳ. ὡς δὲ ὁ ἡμέτερος καθηγητὴς Λεύκιος ἐσκεύασεν ἔχει οὕτως. τὸ στέαρ καὶ τὸ ἔλαιον πρότερον τήκομεν, καὶ ὅταν διαλυθῇ, καταπλάσσομεν λειοτάτην μάνναν καὶ τὴν λιθάργυρον, καὶ ὅταν συστραφῇ, τὰ ἑπόμενα ποιοῦμεν. ἐπαινέσαι δὲ δίκαιόν ἐστι καὶ κατὰ τοῦτο τὸν Ἀσκληπιάδην, ὅτι τὸν τρόπον τῆς σκευ-

cinum oleum in vas fictile vel aereum conjecta ignique fuprapofita coquuntur, quum efferbuerint, fevum et manna thuris adjiciuntur moventurque affidue, ubi confluxerint, pix, cera, refina induntur et donec non amplius inquinent, incoquuntur, deinde galbanum, poft aerugo et opopanax ex aceto foluta infperguntur. Liquor fycamini et pix liquida, in aliud vas transfufa coquuntur et cum commixta fuerint feu confluxerint, priori medicamento immittuntur et rurfus fupra ignem pofita, quousque non inquinent, incoquuntur, ac in vinum demiffa triduo relinquuntur, poftea fubactis manu in linteolumque illitis utimur. Oportet autem poft medicamentum impofitum, linteum vino madefactum exprimere et tunc medicamento circumdare. Porro noftri praeceptoris Lucii confectio fic habet. Sevum ac oleum prius liquefacimus, ac ubi foluta fuerint, mannam leviffimam factam et fpumam argenti infpergimus, poftquam confluxerint, reliqua facimus. Caeterum laude dignus eft hic quoque Afclepiades, qui confecturae medicamentorum mo-

ασίας γράφει τῶν φαρμάκων, οὐχ ὥσπερ ὁ Ἀνδρόμαχος παραλείπει μήτε τίνα [734] δύναμιν ἔχει προστιθείς. ἀμέλει τὴν ὑπὸ Ἀσκληπιάδου πρώτην τῶν τριῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ γεγραμμένην ἔμπλαστρον Αἰγυπτίαν, ἣν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἀνδρομάχου φησὶν ὑπάρχειν, οὔτε δὲ τίνος ἐστὶ δυνάμεως ὁ Ἀνδρόμαχος ἔγραψεν, οὔθ᾽ ὅπως σκευαστέον αὐτὴν, οὔθ᾽ ὅπως χρηστέον, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἔῤῥιπται, καθάπερ τι τῶν ἐπιτυχόντων φαρμάκων ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ἐκτὸς δυνάμεων ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένῃ δευτέρα. πρώτην μὲν γὰρ ἁπασῶν ἔγραψεν ἣν αὐτὸς ὀνομάζει Πανταγάθιον, ἐφεξῆς δὲ τὴν Αἰγυπτίαν ταύτην, οὐδὲν, ὡς ἔφην, ἄλλο προσθείς. ἔχει γὰρ ἡ λέξις αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον. Αἰγυπτία. ♃ λιθαργύρου ∠ ρμδ΄. κίκεως κο. στ΄. κηροῦ ∠ ρμδ΄. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ∠ οβ΄. τερμινθίνης ∠ λστ΄. ἐρίων κεκαυμένων ∠ ιη΄. λεπίδος στομώματος ∠ η΄. λεπίδος χαλκοῦ ∠ η΄. λιβάνου ∠ η΄. ἀριστολοχίας ∠ η΄. ἔνιοι σμύρνης ∠ δ΄. ὀποπάνακος ∠ η΄. ἄλλ. ιβ΄. τούτοις ἐπὶ τέλει ἐπιγέγραπται, θαλάσσης εἰς ἐμβροχὴν κηροῦ κο. η΄. τί παρ᾽ αὐτῷ σημαίνει τὸ εἰς ἐμβροχὴν κηροῦ,

dum adfcribat, non ut Andromachus omittat, qui nec quam virtutem habet apponit. Denique primum e tribus ab Afclepiade traditis a me fcriptum emplaftrum Aegyptium et ipfe Andromachi effe confirmat, neque cujus fit virtutis nec quomodo praeparandum fit aut utendum, Andromachus indicavit. Verum fimpliciter tanquam vulgare quoddam medicamentum libro de exterioribus facultatibus, quem ipfe fecundum infcripfit, projecit. Primum enim omnium fcripfit, quod ipfe nominat Pantagathium, id eft, *ad omnia valens,* deinde hoc Aegyptium, aliud, ut dixi, nihil adjungens. Habet enim ejus dictio in hunc modum. *Aegyptium.* ♃ Argenti fpumae drach. cxliv, ricini heminas vj, cerae drach. cxliv, guttae ammoniaci drach. lxxij, terebinthinae drach. xxxvj, lanae combuftae ʒ xviij, fquamae ftomomatis drach. octo, fquamae aeris drach. viij, thuris drach. viij, ariftolochiae ʒ viij, nonnulli myrrhae drach. iv, opopanacis drach. ij, alias duodecim. His ad finem adfcripta funt marinae aquae ad irrigandam ceram heminas octo. Quid fibi velit,

σαφῶς οὐκ ἴσμεν, ἐπινοεῖν γάρ ἐστι πλείω. θαυμάσαι δ' ἐστὶ πῶς ἅπαντα τἄλλα γράψας Ἀσκληπιάδης ὡσαύτως τῷ Ἀνδρομάχῳ τὸ μέτρον τοῦ κίκεως οὐκ ἴσον ἔγραψεν. ὁ μὲν γὰρ Ἀνδρόμαχος κο. ϛ'. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης κο. γ'. ἔγραψεν. οὐ προσέθηκε δὲ οὐδὲ τὸ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς γραφῆς ὑπ' Ἀνδρομάχου προσκείμενον· ἔνιοι σμύρνης ∠ δ'. ὀποπάνακος ∠ β'. πάλιν δὲ προσέθηκεν αὐτὸς ἐπὶ τῶν κεκαυμένων ἐρίων τῶν οἰσυπηρῶν, ὅπερ οὐ πρόσκειται κατὰ τὴν Ἀνδρομάχου γραφήν. ἐφεξῆς δὲ τῆς εἰρημένης Αἰγυπτίας ἔγραψεν ὁ Ἀνδρόμαχος θηριακὰς ἐμπλάστρους ε'. καὶ μετὰ ταύτας ἑτέραν πάλιν φαιὰν, ἣν Εὐβούλου φησὶν εἶναι. καὶ μετὰ ταύτην αὖθις ἑτέραν φαιὰν, ἣν Ἀθηνᾶν ὀνομάζει, κἄπειτα ἐφεξῆς πάλιν ἑτέρας φαιὰς ἁπλῶς δύο, καὶ μετὰ ταύτας ἑτέραν ἐφ' ἧς κατὰ λέξιν οὕτως γέγραπται· φαιὰ νυγματικὴ Ἀνδρομάχου. ♃ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος ∠ η'. κηροῦ νέου ∠ η'. τερμινθίνης ∠ η'. χαλκοῦ κεκαυμένου ∠ η'. πίσσης ξηρᾶς ∠ μ'. ὡς δὲ Ζήνων, μνᾶς ἥμισυ τέταρτον, λιθαργύρου ∠ δ'. ἀλόης Ἰνδικῆς ∠ β'. ἀριστολοχίας ∠ β'.

quum dicat ad irrigationem cerae, manifesto non scimus, intelligere enim plura licet. Mirandum vero quomodo in aliis omnibus cum Andromacho conveniat, mensuram ricini parem non ponat, Andromachus enim heminas sex, Asclepiades tres scripsit. Neque vero etiam appofuit, quod in fine scripturae ab Andromacho adjectum est, nonnulli myrrhae drach. iv, opopanacis drach. ij. Rursus adjunxit ipse, in combustis lanis succidis, quod in Andromachi scriptura non habetur. Post dictum Aegyptium theriaca emplastra quinque retulit Andromachus, deinde aliud fuscum, quod ad Eubulum auctorem refert, postea rursus aliud fuscum, quod Minervam nominat. Post haec iterum alia fusca simpliciter duo, quibus subnectit aliud, ubi sic ad verbum scriptum est: *Fuscum nygmaticum ad nervorum puncturas utile Andromachi.* ♃ Guttae ammoniaci drach. viij, cerae novae drach. viij, terebinthinae drach. viij, aeris usti drach. viij, picis aridae drach. xl, ut autem Zeno ait, minae dimidium et quartam partem, argenti spumae ℨ iv, aloës Indicae ℨ ij,

χαλβάνης ∠ β'. ἰοῦ ∠ α'. οἱ δὲ ∠ β'. λιβάνου ∠ β'. ἐλαίου χειμῶνος κο. δ'. θερείας ὄγδοον, ὄξους κοτύλης ἥμισυ εἰς ἄνεσιν τοῦ ἀμμωνιακοῦ. ταύτην εἰκός ἐστιν αὐτὸν ὀνομάζειν νυγματικὴν πρὸς τὰ τῶν νεύρων νύγματα δυναμένην εἶναι χρησίμην.

ariſtolochiae ʒ ij, galbani ʒ ij, aeruginis ʒ j, alii ʒ ij, thuris ʒ ij, olei hieme quartam heminae partem, aeſtate octavam, aceti heminae dimidium ad ammoniaci diſſolutionem. Hoc veriſimile eſt ab ipſo nominari nygmaticum, ut quod nervorum puncturis ex uſu eſſe queat.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΓΕΝΗ ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

Ed. Chart. XIII. [735.] Ed. Baſ. II. (358.)

Κεφ. α'. Ὁ μὲν πρῶτός μοι λόγος ἐτελεύτησεν εἰς τὰς τῶν λευκῶν ἐμπλάστρων συνθέσεις τάς τε ἄλλας καὶ ὅσα πρὸς τὰ δυσεπούλωτα τῶν ἑλκῶν ἁρμόττουσιν, διορισαμένων ἡμῶν τὰ κοινῶς δυσεπούλωτα καλούμενα, τῶν ἰδίως κακοήθων ὀνομαζομένων, ὄντων μὲν αὐτῶν δηλονότι δυσεπουλώτων. ἐπεὶ δὲ τινὰ μὲν ἐκ τῶν ἐπιῤῥεόντων τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσιν ἰχώρων τε καὶ χυμῶν δυσεπούλωτα γίγνεται,

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER IV.

Cap. I. Primus ſane liber in alborum emplaſtro confecturis tum aliis tum eorum, quae ulceribus cicatricem aegre ducentibus conveniunt, finitus eſt, ubi diſtinximus communiter appellata dyſepulota, *cicatricem difficulter admittentia,* ab iis, quae proprie maligna dicuntur et ipſa nimirum dyſepulota. Quoniam vero quaedam ſaniei humorumque ulceratis partibus influentium vitio cicatricem aegre

τινὰ δ᾽ αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος μορίου διαφθείροντος τὸ ἐπιῤῥέον, εἰ καὶ χρηστὸν εἴη, τὰ κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον ἕλκη, δυσεπούλωτα καὶ κακοήθη καλοῦσιν ἰδίως ἐφ᾽ ὧν ἐνίοτε πᾶν ἐκκόπτειν τὸ πεπονθὸς ἢ καίειν ἀναγκάζονταί τινες, ἤτοι φαρμάκοις ἐσχαρωτικοῖς ἢ πυρὶ χρώμενοι. πλάτους δ᾽ ὄντος συχνοῦ καθ᾽ ἑκάτερον τὸν τρόπον ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἕτερον ἑτέρου δυσεπούλωτόν τε καὶ κακόηθες εἶναι, τοσοῦτον ἀριθμὸν ὑπάρχειν τῶν ἰωμένων φαρμάκων ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅσος ἂν ᾖ καὶ αὐτῶν τῶν ἑλκῶν. εἰκότως οὖν ἕκαστον τῶν ἓν ἐχόντων φάρμακον ἐπαγγελλόμενον ἐπουλοῦν ἕλκη κακοήθη, πολλάκις ἀποτυγχάνει. δύο γὰρ ἡτοιμάσθαι χρὴ τοὐλάχιστον, ᾧ πρόκειται πάντα θεραπεύειν τὰ τοιαῦτα, τῆς αὐτῆς μὲν ἐπαγγελίας καὶ δυνάμεως ὑπάρχοντα, διαφέροντα δὲ ἀλλήλων οὐχ ἁπλῶς τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἀλλ᾽ ὡς ἄν τις εἴποι σαφέστατα τῷ μάλιστα τε καὶ ἥκιστα. [736] καθάπερ οὖν ἐπὶ πάντων τῶν παθῶν ἐδείκνυμεν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν εὑρίσκεσθαι πρώτην μὲν ἁπασῶν τὴν καθόλου δύναμιν τῶν

admittunt, quaedam ipfa affecta fede influentem fuccum qualibet probum corrumpente, ulcera fecundo modo habentia, dyfepulota et cacoëthe proprie nominant, in quibus interdum totam partem affectam excidere vel adurere nonnulli coguntur aut medicamentis cruftam inducentibus aut igne utentes. At quum ampla fit latitudo utrinque in eo, quod alterum altero magis minusve dyfepulotum malignumque eft, tantum medicantium medicamentorum effe numerum oportet, quantus ipforum quoque ulcerum extiterit. Merito igitur omnes, qui unum duntaxat medicamentum ulceribus malignis cicatricem inducere promittens habent, fucceffu crebro fruftrantur. Nam duo minimum, quae idem pollicentur eandemque facultatem oftendunt, diverfa alioquin inter fe non fimpliciter majoris minorisque, verum, ut apertiffime dicam, maximi ac minimi ratione, in promptu adeffe illi convenit, qui omnia id genus vitia curare propofuerit. Quemadmodum igitur commentario therapeutices methodi in univerfis affectibus primam omnium communem auxilio-

Ed. Chart. XIII. [736.] Ed. Baf. II. (358. 359.)

βοηθημάτων, ἐφεξῆς δὲ τὰς ὕλας, ἐν αἷς αὐτὴ περιέχεται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ νῦν ἐπὶ τῶν δυσεπουλώτων ἑλκῶν ἡ καθόλου δύναμις ἥτις ποτέ ἐστι τῶν θεραπευσόντων αὐτὰ φαρμάκων εὑρῆσθαι χρὴ πρότερον. ἐδείχθη δέ μοι καὶ ἥδε κατ᾽ ἐκείνην τὴν πραγματείαν, ἐφ᾽ ὧν μὲν οὐδεμία καχεξία περὶ τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσι, δύο τούτους ἔχουσα σκοποὺς, ἕνα μὲν ἀποκρούσασθαι τὸ ἐπιῤῥέον, ἕτερον δὲ διαφορῆσαι τὸ ἐστηριγμένον ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ. γίγνεται δὲ ταῦτα δι᾽ ἐναντίων δυνάμεων. ἀναστέλλει μὲν γὰρ τὸ ἐπιῤῥέον ὅσα στύφειν πέφυκε φάρμακα, διαφορεῖ δὲ τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ πεπονθότι τὰ δύναμιν ἑλκτικὴν ἔχοντα. τοὐπίπαν δὲ τὰ μὲν στύφοντα τραχύνει καὶ κατὰ τοῦτ᾽ ἔστιν ἀνιαρά. τὰ δὲ ἕλκοντα καὶ διαφοροῦντα τὰς ἐκ βάθους ὑγρότητας οὐκ ἄνευ δριμύτητος ἐργάζεται τοῦτο. τῇ δριμύτητι δ᾽ ἐξ ἀνάγκης ὀδύνη τις ἕπεται δάκνουσα τὸ ἡλκωμένον. καὶ οὕτως συμβαίνει διὰ τὴν ἐκ τῶν τραχυνόντων καὶ δακνόντων ἀνίαν, ἐρεθίζεσθαι (359) τὴν ἐπιῤῥέουσαν ὑγρότητα τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσι. τούτου δὲ γιγνομένου, φλε-

rum facultatem inveniri docebamus, dein materias, quibus illa continetur, ita nunc quoque in ulceribus dyſepulotis generalem medicamentorum, quibus illa curabuntur, facultatem, quae tandem ſit, prius inventam eſſe oportet. Indicata vero mihi eſt et haec in illo opere, quum quidem nullus vitioſus habitus ulceratas partes infeſtat, duos ſcopos habens, unum, ut id quod influit repellat, alterum, ut quod affectae parti inhaeret infixumque eſt diſcutiat. Haec autem contrariae vires praeſtant, ſiquidem influxum reprimunt, quae ſunt aſtringentia medicamenta, diſcutiunt impacta jam exceptaque trahendi poteſtate praedita. Porro quae aſtringunt ut plurimum exaſperant atque hac occaſione moleſta ſunt, trahentia vero ac digerentia ex alto humiditates non citra acrimoniam id efficiunt. At acrimoniam dolor quidam neceſſario ſequitur ulceratam partem mordens. Atque ſic propter dolorem, quae exaſperantia mordentiaque concitant, humores ulceratis partibus influentes irritari contingit, unde quoque ulcus phlegmone obſideri

γμαίνειν τε ἅμα καὶ διαβιβρώσκεσθαι τὸ ἕλκος, ὥσθ᾽ ὅσον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἄπορός ἐστιν ἡ τῶν βοηθησόντων φαρμάκων εὕρεσις τοῖς δυσεπουλώτοις ἕλκεσι, καὶ πολύ γε μᾶλλον ἔτι τοῖς κακοήθεσιν. εὑρεῖν οὖν χρὴ καθόσον οἷόν τε τοιαύτην ὕλην φαρμάκων, ἐφ᾽ ἧς ξηρανθήσεται τὸ ἕλκος ὀδύνης χωρὶς, ὅπερ ἀδύνατόν ἐστιν ἀκριβῶς γενέσθαι μὴ γνωρίζοντος τοῦ θεραπεύοντος, ὅπως ἐνεργήσῃ τὸ προβληθὲν φάρμακον. ἔστι μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἰσχυρὸν κατ᾽ ἄμφω τὰ συντεθέντα τό τε δάκνον καὶ τὸ στῦφον. ἀλλ᾽ ὅ τε ῥύπος ὁ ἐπικείμενος τοῖς τοιούτοις ἕλκεσι τό τε τῆς ὑγρότητος πλῆθος οἷον προβλήματά τινα τοῖς ἡλκωμένοις μέρεσι γιγνόμενα τὴν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν φαρμάκων δῆξιν ἐκλύει. προσέχειν οὖν χρὴ πόσον ἡ πρώτη χρῆσις ἐξήρανε τῆς κατὰ τὸ ἕλκος ὑγρότητος, ἢ εἰ καὶ ῥύπον ἔχοι, πόσον ἀπέῤῥιψε καὶ τούτου. καὶ οὕτως ἐκ δευτέρου τε καὶ τρίτου χρῆσθαι μέχρι περ ἂν φανῇ καθαρόν τε καὶ ξηρόν. ὁπόταν δὲ πρῶτον ἴδῃς αὐτὸ τοιοῦτον, μεταβαίνειν ἐφ᾽ ἕτερον φάρμακον ὁμοειδὲς μὲν, ἀσθενέστερον δὲ τοῦ προτέρου. τὰ γὰρ ἰσχυ-

exedique. Ex quibus dictis colligitur ulceribus dyfepulotis praefidia inveniri difficulter poffe, multo magis adhuc malignis. Quare talis medicamentorum materia, quoad ejus fieri poffit invenienda eft, unde ulcus citra dolorem ficcefcat, quod accurate fieri nulla ratione licet medico ignorante quem effectum medicamentum exhibitum oftenderit. Quippe ambobus componentibus, mordente puta et aftringente, neceffario validum exiftit, verum fordes et humiditatis copia id genus ulceribus incumbens veluti propugnacula quaedam ulceratis partibus facta, mordicationem medicamentis valentibus exolvunt. Itaque attendendum eft quantum primus ufus humiditatis in ulcere deficcaverit, vel fi etiam fordes habeat, quantum harum quoque abfterferit, ac ita fecundum tertiumque uti illo debemus donec purum et ficcum ulcus apparuerit. Ubi vero primum id tale confpexeris, ad aliud medicamentum te conferes ejusdem quidem fpeciei, fed priore imbecillius; nam validiora dum

ρότερα τῷ δάκνειν τὸ ἕλκος ὀδυνηρὰ γινόμενα, ῥεύματά τε κινεῖ καὶ φλεγμονὰς ἐγείρει. ἀλλ' ἐὰν πάλιν ἀσθενέστερον πολὺ τοῦ πρώτου φαρμάκου προσενέγκῃς, ὑγρὸν καὶ ῥυπαρὸν ἔσται τὸ ἕλκος. τούτῳ τοίνυν ὁ τεχνωθεὶς ἰατρὸς τοῦ διὰ μόνης ἐμπειρίας ἕλκος θεραπεύοντος ἀμείνων ἐστὶν, ὡς ἂν ἐπιστάμενος οὐκ ἄλλῃ δυνάμει θεραπεύεσθαι τὸ ἕλκος ὑπὸ τῶν φαρμάκων, ὅτι μὴ τῷ ξηρὸν οὕτως ἐργάζεσθαι τὸ μόριον, ὡς ὅτ' εἶχε κατὰ φύσιν. ἔσται δὲ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ μήτ' ἀποῤῥεῖν ἔτι λεπτὸν ἰχῶρα πύου τε γένεσιν ὑποτρέφεσθαι. εἰς τοῦτο δὲ ἀφίξεσθαι, καθ' ὃν εἴρηκα τρόπον ξηραινόμενα, τουτέστι στυφόμενά τε καὶ διαφορούμενα, κἀπειδὰν ξηρὰ μὲν ᾖ, ῥυπαρὰ δ' ἔτι φαίνηται, διὰ τῶν ῥυπτικῶν φαρμάκων καθαιρόμενα, περὶ ὧν καὶ αὐτῶν εἴρηται μέν τι κἀν τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ὑπομνήμασιν. ἡ τελειοτάτη δὲ μέθοδος πᾶσα γέγραπται διὰ τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας, ἐν ᾗ προτετεχνῶσθαι χρὴ τὸν μέλλοντα τελέως ὑπὸ τῶν νῦν λεγομένων ὠφεληθήσεσθαι. τοῦτο δ' ὑμῖν τοῖς ἑταίροις ἐγνωκὸς ὑπάρχειν, οἷς ταῦτα γράφεται, πάνυ σαφῶς

mordendo ulcus dolorem inferunt, fluores movent et phlegmonas concitant. Quod fi rurfum multo imbecillius priore medicamentum adhibeas, ulcus humidum fordidumque evadet. Hac igitur parte artificio utens medicus, eo qui folo experimento innititur melior eft, quod fciat ulcus non alia medicamentorum facultate curari quam dum affecta pars eam ficcitatem confequatur, quam in naturali ftatu fita posfidebat, quod factum intelligimus, ubi neque tenuis amplius fanies influat, neque pus producatur. Hanc difpofitionem ulcera nancifcentur, quo dixi modo ficcefcentia, hoc eft, adftricta difcuffaque, dein ubi ficca quidem fuerint, verum fordida adhuc appareant, deterforiis medicamentis repurgantur, de quibus ipfis quoque nonnihil in opere de fimplicibus medicamentis commemoravimus. Omnis autem abfolutiffima methodus eft tractatu de morbis curandis perfcripta, in quo prius exercitatum effe convenit, qui hinc perfecte frugem reportaturus eft. Hoc vobis, amici, quibus ifta fcribuntur, conftare manifefto admodum novi, itidem

οἶδα καὶ πρὸς τούτῳ γε ἔτι τὸ μὴ λόγον εἶναι πιθανὸν ἄνευ τῆς ἐπὶ τῶν ἔργων βασάνου τὰ λεγόμενα νῦν ὑπ᾽ ἐμοῦ. [737] πολλάκις γὰρ ἐθεάσασθε δι᾽ αὐτῶν ἐκείνων τῶν φαρμάκων, οἷς ἀμεθόδως χρώμενοί τινες ἰατροὶ μηδὲν ἤνυον, ἐκθεραπεύσαντά με πολλὰ τῶν τοιούτων ἑλκῶν. ἀναμνήσθητε τοίνυν τῶν ξηραίνειν ἀδήκτως πεφυκότων φαρμάκων, ἔστι δ᾽ αὐτῶν τὰ πλεῖστα μεταλλικά. καὶ μέντοι καυθέντων καὶ πλυθέντων, ἥτις ἦν πρόσθεν δῆξις ἀπόλλυται, καὶ τοῦτ᾽ ἀναμνήσθητε. τούτοις οὖν ὑμῖν ἐξέστω χρῆσθαι ἐν τῷ παρόντι, πεπλυμένοις μὲν ἐπὶ παίδων, εὐνούχων τε καὶ γυναικῶν καὶ ὅσοι φύσει λευκὴν καὶ μαλακὴν ἔχουσι τὴν σάρκα, καὶ πρὸς τούτοις γ᾽ ἐπὶ τῶν εὐαισθήτων τε πάνυ καὶ κακοχύμων. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων σωμάτων ἐγχωρεῖ καὶ τοῖς ἀπλύτοις χρῆσθαι, τὴν πρώτην ἐπίθεσιν αὐτῶν εὐπεπτηκόσι τοῖς θεραπευομένοις ἕωθεν ποιουμένους. εἰ δὲ καὶ τοῦ σώματος ὅλου προπαρασκευῆς τινος δέοι, καὶ ταύτην χρὴ προπεποιῆσθαι. λελεγμέναι δ᾽ εἰσὶν αἱ παρασκευαὶ διὰ τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας. ἐπ᾽ ἐνίων μὲν γὰρ ἀρκεῖ καθᾶραι μό-

rationem fine exploratione in operibus facta probabilem non effe, quae nunc a me dicuntur, demonftrant. Etenim vidiftis fubinde illis ipfis medicamentis, quibus fine methodo medici quidam utentes nihil proficiebant, multa me ejus generis ulcera perfanaffe. Quamobrem in memoriam reducite medicamenta citra demorfum exiccantia, funt autem ipforum pleraque metallica. Atqui hoc etiam memineritis quod combuftis elotisque mordicatio, quae prius adfuit, edomatur ac interit. His igitur in praefentia uti vobis licet, elotis quidem in pueris, eunuchis, mulieribus et qui molli natura carne funt praediti, item qui ad fentiendum habiles admodum funt et vitiofo fucco laborant. In aliis corporibus etiam illota ufurpare potueritis mane primum ipfa iis, qui curantur, ubi probe concoxerint, adhibentes. Si vero et corpus totum praeparationem quandam requirat et hanc prius factam effe oportet, praecepimus de his in commentario de morbis curandis. Nonnullis fiquidem vel purgatio

τον, ἐπ' ἐνίων δ' ἀφελεῖν αἵματος, ἐπ' ἄλλων δ' ἄμφω ταῦτα πρᾶξαι. τινῶν δ' ὑπερκείμενον ἐκκόψαι κιρσὸν ἢ σπληνὸς ἢ ἥπατος προνοήσασθαι, τινῶν δὲ καὶ ἀποσχάσαι τὰ περὶ τὸ ἕλκος, ὥσπερ γε καὶ περικόψαι ποτὲ τῶν χειλῶν τύλον. ἐὰν δὲ μηδὲ ἑνὸς τούτων δεώμεθα, τὴν ποσότητα τῆς ὑγρότητος ἐπισκεπτέον ἅμα τῷ ῥύπῳ καὶ οὕτω ἐπὶ τὸ προσῆκον ἰτέον φάρμακον, ἀναμνησθέντας ἑκάστου τῶν ἁπλῶν ὅσα τε ξηραίνει μὲν, οὐ μὴν ἀποῤῥύπτει γε τὸν ῥύπον τοῦ ἕλκους, ὅσα τε ῥύπτει μὲν, οὐ μὴν ξηραίνει γενναίως. ὅσα δ' ἄμφω δρᾷν πέφυκε, προσεπισκεπτομένους ἐκ ποίας τάξεως ἕκαστόν ἐστιν, ὃ μέγιστον μὲν ὑπάρχει τῶν εἰς τὴν θεραπείαν διαφερόντων, ὠλιγώρηται δὲ τοῖς γράψασι τὰ περὶ ὕλης βιβλία. μόνοι γὰρ οὗτοι πάσης αὐτῆς ἐνεχείρισαν εἰπεῖν τὰς δυνάμεις, ὥσπερ γε καὶ ὁ Διοσκορίδης, ὃν οὐδενὸς ἄν τις εἴποι δεύτερον εἶναι τῶν περὶ ταῦτα σπουδασάντων. ἐγὼ τοίνυν ἐφεξῆς ἅπαντα καταλέξω τὰ ξηραίνειν ἕλκη δυνάμενα φάρμακα χωρὶς τοῦ δάκνειν ἢ τραχύνειν ἐπιφανῶς. ἄρξομαι δὲ

fola fufficit, quibusdam fanguinis detractio, aliis utraque haec adhibere profuerit. Sunt in quibus fuperjacentem varicem excindere opus eft, vel lieni vel jecinori profpicere, aliquibus ambientes ulcus partes fcarificare, quemadmodum interdum labrorum callos amputare. Si horum nullo egemus, humoris copia fimul cum fordibus infpicienda eft, atque ita ad idoneum medicamentum veniemus, rurfus fimplicium fingulorum memores, quae deficcant, non tamen ulceris fordes abftergunt, item quae abftergunt quidem, non tamen probe deficcant. Quae vero utrumque poffunt efficere, profpiciemus ex quoto quodque ordine exiftat, quod maximum inter ea cenfeo, quae ad curationem pertinent, neglectum tamen medicinalis materiae fcriptoribus. Nam hi foli omnes ipfius vires dicere ftuduerunt, ficut etiam Dioscorides, quem nulli eorum, qui in ea quafi arena defudarunt, fecundum effe quispiam dixerit. Ego igitur deinceps omnia medicamenta recenfebo, quae ulcera citra mordicationem exafperationemque manifeftam exiccare poffunt. In-

ἀπὸ τῶν μεταλλικῶν, ἐν οἷς ἀριθμοῦσι καὶ τὰ τῆς γῆς εἴδη. πολλῆς δ᾽ ἐν αὐτοῖς οὔσης διαφορᾶς ἐν τῷ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ξηραίνειν, ἀπὸ τῶν μέσων ἀρξάμενος ἐπὶ τὰ σφοδρότερον ἢ ἀμυδρότερον ξηραίνοντα μεταβήσομαι. ξηραίνει τοίνυν μετρίως ἥ τε Λημνία σφραγὶς καὶ ἡ καδμεία καὶ μᾶλλον ταύτης ἡ αὐτοφυὴς ἄνευ τοῦ μεταβάλλεσθαι κατὰ τοὺς χειμάῤῥούς τε καὶ ῥύακας καὶ ἐν τοῖς τῶν Κυπρίων ὄρεσιν εὑρισκομένη καὶ κατὰ τὰ ἄλλα χωρία, μάλιστα δὲ ἐν οἷς ἐστι τὰ μεταλλικά. κατασκευάζειν δ᾽ αὐτὴν εἴωθα ξηραντικωτέραν ὥρᾳ θέρους ἐν ἡλίῳ τρίβων ἐφεξῆς ἡμέραις πλείοσι μετ᾽ ὄξους ἢ οἴνου κιῤῥοῦ μὲν τὴν χρόαν, διαυγοῦς δὲ τὴν σύστασιν, οἷός ἐστιν ὁ Φαλερῖνος μὲν ἐν Ἰταλίᾳ, Τμωλίτης δὲ ἐν Ἀσίᾳ, ξηραντικώτατος δὲ οἴνων ὁ τοιοῦτος. ἐκ ταὐτοῦ δὲ γένους ἐστὶν ὅ τ᾽ Ἀριούσιος ἐν Χίῳ γεννώμενος, ὅ τ᾽ εὐώδης Λέσβιος ἐν Ἐρεσῷ καὶ Μηθύμνῃ. τούτων δ᾽ ἑξῆς εἰσιν οἱ παλαιοὶ πάντες, ὅταν ἐκ τῶν λευκῶν καὶ στυφόντων παλαιωθῶσιν, ἐν Ἰταλίᾳ μὲν ὅ τε Σιγνῖνος καὶ ὁ Τιβουρτῖνος καὶ Μαρσὸς, ἐν Σικελίᾳ δὲ ὁ καλούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν Ἀμιναῖος, ἐν Ἀσίᾳ δὲ ὅ τ᾽ Ἀφροδι-

cipiam a metallicis, quibus etiam terrae fpecies adnumerantur. Porro quum varie inter fe differant in eo, quod magis minusque ficcent, a mediis orfus ad vehementius vel obfcurius exiccantia me conferam. Siccant igitur modice Lemnia fphragis et cadmia atque hac magis ea, quae fua fponte nafcitur citra permutationem, in torrentibus aut rivis ac in Cypriorum montibus aliisque in locis inventa, praecipue vero ubi metalla funt. Porro confuevi eam magis ficcantem reddere per aeftatem in fole pluribus deinceps diebus terens ex aceto aut vino colore gilvo, fubftantia pellucido, cujusmodi eft in Italia Falernum, in Afia Tmolite, quod vinorum maxime ficcare natum eft. Hoc genere comprehenditur et Ariufium in Chio natum, item odoratum Lefbium in Erefo et Methymna. His fuccedunt omnia vetera, quum ex albis et aftringentibus inveterata funt, in Italia Signinum, Tiburtinum et Marfum, in Sicilia vocatum ab incolis Aminaeum, in Afia Aphrodifieum et

σιεὺς καὶ ὁ Μίσυος. ἀρκεῖ γὰρ ὡς παραδείγματα τῶν καθόλου δυνάμεων εἰρῆσθαί μοι τούτους. ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὄξους δριμέος ὁμοίως ἐν ἡλίῳ πολλαῖς ἡμέραις ὥρᾳ θέρους παρασκευάζω τὴν καδμείαν. ἀποτίθεμαί τε ξηράνας, ὡς ἐπιπάττειν δύνασθαι τοῖς κακοηθευομένοις ἕλκεσιν. ἰσχυρότερον δὲ τούτου φάρμακόν ἐστι χαλκῖτις κεκαυμένη προλειωθεῖσα τὸν αὐτὸν τρόπον τῇ καδμείᾳ, μετ᾽ αὐτὴν δ᾽ ἄκαυστος ἰσχυρὸν οὕτως ἐστὶ φάρμακον ὡς ἐσχάρας ἐργάζεσθαι. [738] πεπλυμένην οὖν αὐτὴν, εἶτα ἐξηρασμένην ἔχειν ἄμεινον. ἀσθενέστερον μὲν γὰρ τῆς κεκαυμένης ἡ πεπλυμένη ξηραίνει, πρᾳοτέρα δέ ἐστι πολὺ καὶ ἀδηκτοτέρα. παραπλήσιον δὲ αὐτῇ φάρμακόν ἐστι καὶ ὁ κεκαυμένος ἰός· ὁ δὲ ἄκαυστος ἰσχυρότατον φάρμακον, ὥσπερ καὶ ἡ χαλκῖτις. ἀλλ᾽ ἐκείνῃ μὲν καὶ στύψεώς τι μέτεστι καὶ πολὺ μᾶλλον αὐτῆς τῷ χαλκάνθῳ, ξηραντικωτάτῳ τῶν μεταλλικῶν ὄντι. τῷ δὲ ἰῷ τοιαύτης δυνάμεως οὐδ᾽ ὅλως μέτεστιν. ὁμογενὲς δ᾽ ὡς ἐμάθετε τῇ χαλκίτιδι τό τε μίσυ καὶ τὸ σῶρυ. ἐκ μιᾶς γὰρ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκφυόμενα ῥίζης ἐστὶ, λεπτομερέστερον μὲν

Misyum. Sufficit enim mihi facultatum universalium veluti exempla exposuisse. Jam vero cadmiam ex aceto acri similiter multis per aestatem diebus in sole praeparo, siccatamque repono, ut ulceribus malignitatem assumentibus inspergi possit. Valentius hoc medicamentum est chalcitis combusta eodem modo prius in pulverem redacta, per se autem ignem non experta tam valens medicamentum est, ut crustas faciat. Lotam igitur ipsam, deinde siccatam habere satius est, minus enim lota quam usta desiccat ac longe mitior est minusque mordax. Persimile huic medicamentum est etiam aerugo combusta, quae vero ignem non experta est, fortissimum medicamentum est, sicut etiam chalcitis, verum haec nonnihil etiam astringit et ea multo magis chalcanthum, quod inter metallica maxime siccat, at aerugo hujus facultatis omnino particeps non est. Misy autem et sori, ut didicistis, chalcitidi genere cognata sunt ex una, ut ita dicam, radice producta, tenuius tamen misy apparet ac

Ed. Chart. XIII. [738.] Ed. Baf. II. (359. 360.)

ὑπάρχον τὸ μίσυ, καὶ ἧττον δακνῶδές τε καὶ καυστικὸν, παχυμερέστερον δὲ τὸ σῶρυ καὶ ἧττον ξηραῖνον ἀμφοτέρων, ὥσπερ καὶ τὸ στίμμι τοῦ σώρεως στυπτικωτέραν καὶ ξηραντικωτέραν ἔχει δύναμιν. ἐπιτηδειότατον δὲ φάρμακον ἕλκεσι δυσεπουλώτοις δι' ὑγρότητα καὶ τὸ δι(360)φρυγὲς ὀνομαζόμενον, ἰσχυρῶς γὰρ ξηραίνει, καίτοι μετρίως δάκνον, ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ πρὸς τῇ δριμείᾳ ποιότητί τε καὶ δυνάμει τὴν στύφουσαν, ἃς ἀμφοτέρας ἰσχυροτέρας ἥ τ' ὠμὴ χαλκῖτις καὶ τὸ χάλκανθον, εἴτ' ἀῤῥενικῶς ὀνομάζειν αὐτὸ βούλοιτό τις εἴτε θηλυκῶς εἴτ' οὐδετέρως. ἀεὶ γὰρ μέμνησθε τοῦ μὴ φιλονεικεῖν ὑπὲρ ὀνομάτων, ἔνθα πρόκειται θεωρίαν ἐκμαθεῖν ἀναγκαίαν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καὶ αἱ στυπτηρίαι δὲ πᾶσαι ξηραίνουσιν ἱκανῶς ἕλκη στύφουσαι σφοδρῶς. ὅθεν οὐκ ἄν τις αὐταῖς χρήσεται μόναις ἐφ' ἕλκους, ὥσπερ οὐδὲ ὠμῇ χαλκίτιδι καὶ ἰῷ. κεκαυμένα δὲ ταῦτα καὶ τὸ μίσυ χρήσιμα, καθάπερ γε καὶ πλυθέντα. γίγνεται μὲν ἄδηκτα, ξηραίνει δ' ἧττον. ἀσφαλέστερον οὖν αὐτοῖς χρῆσθαι πεπλυμένοις, ἐπειδὴ τὰ πλεῖστα τῶν σωμάτων ἃ θεραπεύειν ἀναγ-

minus mordax et urens, craffius fori eft et utroque ficcat imbecillius, quemadmodum et ftibi majorem aftringendi ficcandique vim ac fori poffidet. Porro diphryges appellatum medicamentum ulceribus aegre humiditatis vitio ad cicatricem venientibus aptiffimum eft, valide namque ficcat, etfi modice mordeat. Enimvero id quoque praeter acrem tum qualitatem tum potentiam vim habet aftrictoriam, quas tamen ambas fortiores et chalcitis cruda et chalcanthum repraefentat, five id mafculino genere five foeminino five neutro appellaffe quis malit, nam hoc vobis femper fuccurrat, de nominibus contendendum non effe, ubi fpeculationem ipfius artis ufui neceffariam edifcere ftatueritis. Quin et alumen quodlibet ulcera fatis exiccat generofe aftringens. Unde nemo folis his ad ulcera utetur, ficut nec cruda chalcitide et aerugine, ufta vero et haec et mify utilia funt, ut elota morfum quidem remittunt, verum minus ficcant. Itaque lotis ipfis uti tutius eft, quoniam permulta corpora, quibus mederi cogimur, unam quandam dis-

καζόμεθα, μίαν γέ τινα διάθεσιν ἔχει μὴ φέρουσαν ἰσχυρὰν δῆξιν. ἀκηκόατε δ᾽ αὐτὰ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ νῦν ἀναμνήσω πάλιν, ἀξιώσω τε μεμνῆσθαι πρὸς ἅπαντα τὸν ἑξῆς λόγον. ὅσα τοίνυν πληθωρικὰ καὶ ὅσα κακόχυμα καὶ πρὸς τούτοις ἔτι μαλακόσαρκα καὶ ἱκανῶς αἰσθητικὰ σώματ᾽ ἐστὶ, ῥᾳδίως εἰς φλεγμονὴν ἄγεται δηχθέντα. περιέχεται δὲ ἐν τοῖς μαλακοσάρκοις, δηλονότι τὰ τῶν λευκῶν γυναικῶν σώματα καὶ τὰ τῶν παιδίων εὐνούχων τε καὶ ἀνδρῶν λευκῶν τὴν χροιὰν, ὅσοι τε γῆν ἐποικοῦσι ψυχρὰν, ὑγρὰ καὶ τούτων ἐστὶ καὶ φλεγματικὰ τὰ σώματα καὶ διὰ τοῦτο μαλακά τε καὶ λευκά. καθάπερ γε καὶ τὰ θερμὴν οἰκοῦντα γῆν, οἷα τὰ κατ᾽ Αἴγυπτον καὶ Ἀραβίαν ἐστὶ, σκληρὰν ἔχει καὶ ξηρὰν τὴν τῶν σωμάτων ἕξιν. ὡς οὖν ἀεὶ ταῦθ᾽ ὑμῶν μνημονευόντων, προσθήσω τινὰ καὶ ἄλλην ὕλην φαρμάκων ἁπλῶν θεραπεύειν ἕλκη δυναμένην κακοήθη. σαρκοκόλλα τοίνυν καὶ ἰχθυοκόλλα καὶ μᾶλλον αὐτῶν ἡ χρυσοκόλλα τοιαύτης εἰσὶ δυνάμεως. ἄριστον δὲ φάρμακον εἰς τὰ τοιαῦτα καὶ ὁ κεκαυμένος μό-

poſitionem habent, qua vehementem commorſum ferendo non ſunt. Audiviſtis autem ipſa frequenter, ſed et nunc iterum commemorabo atque ad omnem ſequentem ſermonem memoriter teneri operae pretium eſſe arbitrabor. Quae igitur plethora vitioſoque ſucco laborant corpora, ad haec quae tenera carne praedita et ad ſentiendum inſigniter habilia ſunt, facile ex morſu phlegmonem recipiunt. In carne molli praeditorum numero continentur mulieres videlicet candidae, pueri, eunuchi, viri cute alba, inſuper qui regionem frigidam incolunt, humidi hi quoque et pituitoſi, eoque molles et albi, quemadmodum ii, qui calidum tractum inhabitant, ut Aegyptum et Arabiam, duros corporum habitus et ſiccos ſortiuntur. Itaque horum vobis veluti memoribus appoſiturus ſum quandam et aliam medicamentorum ſimplicium materiem, quae malignis ulceribus curandis ſit idonea. Sarcocolla igitur et ichthyocolla et his magis adhuc chryſocolla tali facultate praedita eſt. Huc optime facit et plumbum combuſtum, poſt hoc ſori ſtibi-

λυβδός ἐστι καὶ μετ' αὐτὸν σῶρυ καὶ στίμμι, κεκαυμένα καὶ ταῦτα. καὶ ἡ σκωρία δὲ τοῦ μολύβδου ξηραίνει καλῶς, ὥσπερ γε καὶ ἡ τοῦ σιδήρου λεπὶς καὶ μᾶλλον ἡ τοῦ στομώματος. ἡ δὲ τοῦ χαλκοῦ πρὸς τῷ ξηραίνειν καὶ ῥύπτει, διὸ καὶ καθαρὰ ποιεῖ τὰ ἕλκη, τῶν ἄλλων λεπίδων οὐκ ἐχουσῶν τοῦτο. ταῦτ' οὖν πάντα τὰ φάρμακα ξηρὰ καταπάττων ἕλκεσι κακοήθεσι θαυμαστῶς ὄψει ξηραινόμενα χωρὶς δήξεως, ὥσπερ γε καὶ τὰ τῶν κηρύκων ὄστρακα καυθέντα πορφυρῶν τε καὶ ὀστρέων, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. καὶ τὸ διαφανὲς δὲ καλούμενον, ὃ σπεκλάριον ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι, τῶν ἀδήκτως ξηραινόντων ἐστὶ καυθὲν ἐπὶ τῶν δυσεπουλώτων ἑλκῶν χρήσιμον ὑπάρχον, οὐ μὴν τῶν κακοήθων. μετριώτερον γὰρ ἢ κατὰ ταῦτα ξηραίνει. τῆς αὐτῆς δ' αὐτῷ δυνάμεώς ἐστι [759] καὶ ὕαλος κεκαυμένη καὶ τὸ συνιστάμενον πυρῶδες ἐν τοῖς θερμαντηρίοις χαλκείοις. μετὰ δὲ τοῦ ξηραίνειν ἔτι καὶ στυπτικὴν ἔχει δύναμιν ὁ καρπὸς τῆς Αἰγυπτίας ἀκάνθης ἥ τε ὀμφακῖτις κηκὶς καὶ τὸ ῥῆον καὶ τὰ σίδια, οὐκ ὀλίγαι τε

que, haec quoque combuſta, inſuper plumbi recrementum probe ſiccat, quemadmodum et ferri ſquama, evidentius tamen ſtomomatis. Porro aeris ſquama praeter quam quod ſiccat etiam abſtergit purgatque, unde pura quoque ulcera efficit, quod reliquae ſquamae non poſſunt. Quare ſi haec omnia medicamenta arida ulceribus malignis ac contumacibus inſpergis, mirifice videbis citra mordicationem ea deſiccari, ſicut ubi buccinorum teſtas concrematas, purpurarum, oſtreorum, aliorumque id genus adhibueris. Quin et quod Graece diaphanes, Romanis lapis dicitur ſpecularis, ex iis eſt quae leniter ac ſine morſu exiccant, qui uſtus ulceribus aegre cicatricem admittentibus non item malignis ac rebellibus conducit, quippe minus exiccat quam illa requirant. Idem poteſt vitrum uſtum ac ignitum illud, quod in calefactoriis aerariorum fabrorum officinis conſiſtit. Caeterum Aegyptiae ſpinae fructus, galla omphacitis, id eſt *immatura*, rheon, malicorium, radices, herbaeque non paucae ultra ſiccandi etiam aſtringendi facultatem habent. Nam

Ed. Chart. XIII. [739.] Ed. Baſ. II. (360.)

ῥίζαι καὶ πόαι. καὶ γὰρ καὶ ἀριστολοχία καὶ ἴρις ἄκορόν τε καὶ ἀρτεμισία καὶ πάνακος ῥίζα καὶ ἀργεμόνη, χαμαιλέοντός τε μέλανος ἡ ῥίζα καὶ κύπερον, δρακόντιόν τε καὶ ξίφιον ἱκανῶς ξηραίνει, καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον κενταύριόν τε καὶ πόλιον. ἀσθενεστέρα δὲ βραχὺ τούτων ἐστὶν ἡ Ἐρετριὰς ὀνομαζομένη γῆ, καθάπερ γε ἡ ἀμπελῖτις ἰσχυροτέρα. τοιαύτη μέν τις ὕλη τῶν τὰ κακοήθη θεραπευόντων ἕλκη ἁπλῶν φαρμάκων ἐστίν. ἔξωθεν δ᾽ αὐτοῖς προστίθεταί τινα καθ᾽ ἑαυτὰ μὲν οὐ προσαγόμενα διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως, ἑτέροις δὲ μιγνύμενα, καθάπερ ὁ ἄκαυστος ἰὸς καὶ ἡ ἄσβεστος καὶ ἡ ἄπλυτος τίτανος καὶ τὸ μαλακὸν ἀφρόνιτρον, ὅπερ ὄντως ἐστὶν ἀφρόλιτρον. ὅσῳ γὰρ ἂν ἀφρωδέστερον ᾖ, τοσούτῳ κάλλιόν ἐστι κατ᾽ ἄμφω καὶ τὸ δάκνειν ἧττον καὶ τὸ διαφορεῖν μᾶλλον. ἐμάθετε γὰρ κἀν τοῖς περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων τοιαύτης ἔχεσθαι δυνάμεως τὰ λεπτομερέστερα τοῦ παχυμερεστέρων ἐν τοῖς ὁμοειδέσιν ἅπασιν. οὐδὲν δὲ οὕτως ἐστὶ φυλακτέον ὡς τὰ μαλθακώδη καλούμενα πρὸς Ἱπποκράτους φάρμακα, τοῦ κατὰ τὸ ἔλαιον ὄντα

et ariſtolochia, iris, acorum, artemiſia, panacis radix, argemone, chamaeleontis nigri radix, cyperum, dracunculus, gladiolus, affatim exiccant. His evidentius adhuc centaurium et polium, quibus paulo imbecillior eſt terra nomine erethrias, uti valentior eſt ampelitis. Talis ſane medicamentorum ſimplicium ad ulcera maligna ac contumacia materies exiſtit. Extrinſecus autem nonnulla ipſis apponuntur, quae quidem per ſe vehementis potentiae gratia nen admoveri, ſed aliis miſceri ſolent, veluti aerugo ignem nondum experta, calx viva et illota et molle aphronitrum, quod re vera aphrolitrum eſt; quanto enim ſpumantius, tanto praeſtantius eſt utraque facultate, tum qua minus mordet tum qua magis diſcutit. Didiciſtis enim et in opere de ſimplicibus medicamentis tenuiora craſſioribus hac facultate inter omnia, quae ſimili ſpecie comprehenduntur, praecellere. Porro nihil tam nobis evitandum eſt quam medicamenta generis oleoſi, quae Hippocrates malthacodea, id eſt *molli-*

γένους. ἔστι δὲ τοιαῦτα τά γε στέατα πάντα καὶ μάλιστα αὐτῶν τὸ χοίρειον, εἶθ᾽ ἑξῆς αἱ ῥητίναι καὶ μετὰ ταῦτα ὁ κηρός. ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ καὶ τὰ μαλακτικὰ τῶν ἐσκληρυσμένων οὐκ ἐπιτήδεια· χαλβάνη, βδέλλιον, ἀμμωνιακὸν θυμίαμα, στύραξ καὶ οἱ μυελοί. καὶ κατ᾽ ἄλλον αὖ τρόπον τὰ δριμέα, πέπερι, ζίγγιβερ, νᾶπυ, κάγχρυ καὶ πολὺ πλῆθος ἑτέρων τοιούτων.

Κεφ. β΄. [Πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς εἰρημένοις ἄρτι ξηροῖς φαρμάκοις ἐπὶ τῶν δυσεπουλώτων τε καὶ κακοήθων ἑλκῶν.] Ἀναγκαῖόν ἐστι τὰ τοιαῦτα τῶν ἑλκῶν ὑγρότητος εἶναι μεστὰ μοχθηρᾶς, οὐκ ὀλίγα δ᾽ αὐτῶν καὶ ῥύπον ἔχει δαψιλῆ. ἐπειδὰν οὖν ἐπιπάττειν αὐτοῖς μέλλωμέν τι τῶν ξηρῶν φαρμάκων, προεκμάττειν δι᾽ ὀθονίου χρὴ μαλακοῦ τε καὶ καθαροῦ καὶ ξηροῦ, πληρώσαντα δὲ τῷ φαρμάκῳ τὸ κοῖλον τοῦ ἕλκους ἐπιβάλλειν ἔξωθεν ἐμπλάστρου λεπτυνούσης τὰ χείλη πλάτυσμα, κατά τε τούτου πάλιν ἔξωθεν ὀθόνιον ἴσον ἁπάντῃ καὶ κατ᾽ αὐτοῦ σπόγγον ἐξ ὕδατος ἢ οἴνου. περὶ παντὸς δὲ ποιεῖσθαι χρὴ, ψυχρὸν διαμένειν τὸν

cina, nominat, cujusmodi funt omnes adipes, praefertim porcorum, dein refinae, poftea cera, alia vero ratione et quae indurata remolliunt, malactica Graecis dicuntur, non conveniunt, galbanum, bdellium, gutta ammoniaci, ftyrax, medullae, item alio modo acria, piper, zingiber, finapi, canchri, multaque ejus generis alia.

